



# IOAN

NIS REVCHLINIPHOR-  
ænsis .ll. doctoris in septem psal-  
mos pœnitentiales hebraicos inter-  
pretatio de uerbo ad uerbum, &  
super eisdem commentarioli  
sui, ad discendum linguam  
hebraicam ex rudi-  
mentis .

I.K



IÖANNES REVCHLINI PHOR  
 CENSIS IACOBO LEMPO  
 THEOLOGIAE ATQVE  
 IVRIS DOCTORI  
 EGREGIO  
 S. D. P.



EMINI SAEPE RECOLENS  
 olim me puero Lempe doctorum docti-  
 ssime nulla re alia oblectari magis at-  
 q; frequentius q̄ sermonū exquisitis flo-  
 ribus & inconsuetis uocabulis, cū uete-  
 ratoria dicendi ratione, propterea q̄  
 putabam recte loqui esse inusitate loqui. Quam mihi uolup-  
 tatem protinus adimebat tum paulo plus roborata aetas,  
 in qua cum dialectici labyrinthi, & argutarum technæ  
 uerborumq; inuolucra maxime omnium placuissent, ab-  
 iecta elegantiarum suauitate uehementer studui media  
 dissertationum inuenire, ac nunc ueris nunc sophisticis  
 argumentationibus quocunq; tandem loquendi more uel  
 solæco uel barbaro contradicentes superare. Nullus  
 tunc querebatur eloquentiæ decor, nihil delectabat nisi  
 sola uictoria. Hinc palestra scholam, & Pancratij cam-  
 pos, & certaminum theatra, & stadia cursuum, & la-  
 terorum uires omneis, & quicquid uincere ualet, ad  
 unum hoc disputandi artificium conferebam. Hoc dies  
 A ij cogitabam

cogitabam, hoc noctes somniabam, certissima mihi salus  
reposita esse uidebatur in logicis tendiculis & syllogismo-  
rum mixtionibus. Post autem quam exæssissem ex ephæ-  
bis, uideremq; aperte mihi nullum inde operæ precium  
fore, simulq; quod uitio nobis uerterent sapientes homi-  
nes sermone multis annis iam desito quasi cum matre  
Euandri loquendum esset antiquari, sed potius pro Fauo-  
rini Philosophi monitis statuissem, uiuendum esse mori-  
bus præteritis, & loquendum uerbis præsentibus, cæpi  
quotidianis consuescere, non ualde ornatis quidem, sed ta-  
men non abiectis. Hoc etiam autem non parum cogitau-  
mecum ipse, haud ab re neq; uane Romanos omnium  
gentium dominos & summa prudentia famigeratos ad il-  
lud instituti motos uenisse, ut iam tertio Rhetores & Phi-  
losophistas publico edicto expellerent. Nam bis Roma  
ciuitate consulibus primum, deinde Censoribus, postre-  
mum Domitiano imperante, non solum urbe, uerum etia-  
am tota Italia senatusconsulto eiectioni sunt. Cum igitur  
hæ artes a bonis non bonæ lata sententia iudicarentur,  
& non a paganis solum infidelibus, sed etiam militibus  
Christianis, qui Rhetoricam non oblique nominauerunt  
τὴν περὶ ψεύδ' εἰσαί τεχνικὴν, id est mentiendi artem  
ut Basiliius ille magnus, & dialecticam loquacitatem εἰρη-  
φῆς & ranas ægyptiacas ut Hieronymus, & δε οὐδ' ἐν  
χρησίμω φερύσας λογομαχίᾳ, id est, ad nihil  
utile ferentes, rationum pugnas, ut Gregorius Nazian-  
zenus

*genus, quas idem aliquando uocat γλωσσομαχία & quandoq; μικρολόγου σοφία, id est linguae bellum & minute rationis sapientiam, Tum me transtuli ad superiora studia, cui iam displicere incipiebat fucus uerborum & aranearam tela, muscis pedica, uespis peruia. Dicit non potest facile, grauitatem uerborum & sententiarum apud iuriconsultos lectam, quanta cum animi alacritate tunc amplexatus sim, iunctis etiam Pontificijs canonibus. Talia enim studia tam splendida & tam utilia putabam optime ad uirilem togam deposita pretexta pertinere. Qua me re conieci in seruilem conditionem, & repulsa uiuendi libertate immisui me infinitis hominum & iurgiorum questionibus, atq; demum reipublice curis & sollicitudinibus, quae non tantum lassato somnos adimunt, sed etiam uigilanti & recte agenti robur mentis debilitant & corporis neruos, ubi nulla quies, nulla tranquillitas. Vnde mihi crebro uenit in mentem ut sentirem priscos illos et maiores nostros Minoi iurisperitissimo, quippe qui esset nouem annos ab ipso Ioue eruditus, & illi Rhadamantho, etiam Platone teste uiris optimis atque synceris, iusticiae iurique deditis, haud ficte sed uere apud inferos locum dedisse. Quando namque tranquillitas menti, & pax corpori deest, quid aliud est? si non inferorum & tartari poena est. Taceo sepe infortunatos eiusmodi quoque hominum exitus. Demosthenes post clara reipub. negocia, extractus Neptuni Asylo quo con-*

fugerat ab Antipatro interficitur. Themistocles similiter profugus seipsum interimit. Sed nobis quid iam de Græcis? Latinos recordabor. Quid Cicero consultus iuris. Non Antonij gladios effugere poterat. Sulpitijs a Sylla occiditur, a quo & Marius prætor misere obtruncatur. Nec unquam sanguine caudidici maduerunt rostra pusilli. Scipio domesticorum manibus suffocatur, Regulum hostes necant. Pompeius ad Nilum transfoditur. Iulius Cæsar in senatu iugulatur. Cato ipse sibi homicida fit, & Nero caput orbis, & quorum me nunc piget. Quin cum satyra libet exclamare. O curas hominum, o quantum est in rebus inane. Quæ propter ut mihi pacem optatam quærerem, quæ absque Christo uel tunc patribus uenturo, uel nunc qui nobis pridem nouissima scilicet hora uenerit, contingere potest nemini, tanta meditatulus ego interdum ad sacram scripturam diuertit, quæ tota Christi est. Siue ea sit in uetere instrumento Hebraicis literis, seu in nouo græcis conscripta & illius ergo Romanum loquendi morem prius adeptus, denuo utranque linguam didici & græcam & hebraicam, ut sanctissima oracula & eorum Hierophantas interius capere possem, in hoc enim conquiscescit uere peccatus hominis animus, οὐ μόνον μαθῶν ἀλλὰ καὶ παθῶν τὰ θεῖα, ut ait Dionysius de diuinis nominibus, id est non solum discendo uerum etiam patiēdo diuina. Durum autem post eas disciplinas & grege nimis iudicabam, amicis negare humanitatis officia, se

cia, sepe multumq; & coram & per epistolas nunciosq;  
a me petentibus ut eis moleste admodum & ut aiunt intole-  
rabiliter ignorantibus, alijs quidem græca diuulgarem,  
alijs autem hebraica. Quare pio amore ductus cum an-  
tea docuisssem multos in græcis literis & per grammati-  
cam artem cui titulum inscripsi Micropædia, dolauisssem  
quicquid potui, Nouissime ad decorem & splendorem sa-  
cratissime theologiæ & theologorum uirorum utilita-  
tem, ipse ego totam linguam hebraicam primus omnium  
literis, in dictionibus, & regulis collectivè, legibus man-  
cipavi latinis. Cuius exercitij discipulos non nullos nulla  
tamen mercede sed gratuito feci participes, partim gratos,  
qui præceptori suo debitum honorem perq̄ reuerenter ex-  
hibent, partim uero ut acerbè audio supreme ingratos,  
quibus Deum iudicem propono, & nisi resipuerint, uin-  
dicem opto. Sed tale aliquid profecto nouum mihi uide-  
ri non debet, quasi cæteris antea inauditum. Nam unius  
auditorij Socratem falso accusauit Lycon, defendit uero  
Xenophon. Unius academiæ Speusippus Platonis sectator  
mansit. Aristoteles abiit defector. Et quod nobis clarius  
fulget in oculos, unius scholæ Iudas tradidit Saluatorem.  
Ioannes ad finem uitæ dilectus dilectum amauit. Ita si li-  
ceat minutissima comparare summis atq; maximis, studiu-  
m ego meum in bonos quoq; malignosq; distribui. Utq;  
omnibus promptum esset omnium meorum abundare co-  
pia & facilitate, feci rudimèta hebraicæ lingue, que multo  
A 4 sudore

sudore & aliquo prece premio & precio per longa tem-  
pora corraferam, haud sine incredibili diligentia & ere  
non paruo publicitus imprimi. Quilibet rudimentorum  
meorum cum fere integrum hebraice intelligendi artifi-  
cium contineat, non potest derepente tanto usui esse, nisi &  
adhibeantur aliqua uolumina Bibliæ qua quidem ipsa tota  
lingua constat. Sperabamus autem indubitata fide mul-  
tis ad nos ex Italia Biblias hebraicas Soncini Pisauri ue  
aut aliis in locis impressas cum cæteris iudeorum libris  
quotidie uenturas, quæ cum obsistente grandi bello quod  
Augustus Imperator Maximilianus iam diu in Italia foeli-  
citer gerit, emporio nostro non afferuntur, tentanda nihil-  
ominus uia est, ne nos ipse nobis deesse uideamur, in quo  
fateor tarditatem meam discendi cupidis onerosam. Dudum  
enim aliquid præterea hebraicæ doctrinæ studiosis quo se  
uiuarent edidissim certe, si non in dies audiuissem breui  
futurum esse quippiam admiratione & omnium lectione  
dignum, quod nescio qui Peperiphrones cum suo Peperi-  
corno Iudeo illo baptisato calumniatore meo, ex profun-  
dissimis scientiarum suarum thesauris proferre, torna-  
re, & ad inuicem reddere pollicerentur, quo nobis mon-  
tes parturire suspiciandum fuit. Ego uero iam quintum  
annum supra cum Isaiâ expectaui, ut facerent uuas &  
fecerunt labruscas. & labruscis acerbiores salicet li-  
bros diffamatorios. atq; aliud nihil quod uir bonus lauda-  
re quidem posset, si quæ maxime uellet. Ut igitur institutio  
mea



*mea in rudimentis hebraicis multo ante impressis habeat  
 materiam aræ quam uersetur, æu architectus aræ ædifi-  
 cia . posthabitis aduersariis , exposui iam omnibus in  
 hebraica scriptura erudiendis septem Psalmos pœnitenti-  
 ales totis uiribus ediscendos . quod tanto fiet facilius, quan-  
 to magis solemus eos in quotidianis præcibus habere  
 Que res mihi & pluribus mecum iisq; literatissimis ho-  
 minibus uisa est omnium maxime utilis ad capessendam  
 & legendi & pronuntiandi & intelligendi facultatem .  
 Erit autem sic . Primo ponuntur psalmorum uerba he-  
 braica . Deinde interpretatio mea iuxta uerbum e uer-  
 bo, postremum grammaticalis explanatio sermone usitato  
 & quotidiano tritoque, ut scholastici facilius quæ uelim  
 intelligant, semper ad libros rudimentorum meorum able-  
 gata . Hoc itaq; opusculum corpore paruum, uiribus mag-  
 num Iacobe Lempe sacrarum literarũ pontificiũq; iuris  
 doctor eximie, uni tibi ex omnibus theologis tuoq; nomi-  
 ni dedicandum esse optimo iure statui, eo q; de me solus tu  
 longe plus cæteris quin potius omnium plurimum meritus  
 es, cui omnia a me summa debeantur . Nihil aut̃ excellentius  
 quo te exornem & quod magis te deceat, nihil sublimius,  
 nihil maius, nihil diuinius æstimare possum Davidicis  
 psalmis, nihil deniq; tam summũ qui nos docent cum deo  
 loqui, & sine quibus ad nos ferme nunq̃ descendunt sa-  
 cratissima diuinorum mysteria, quod testatur Areopa-  
 gita Dionysius in libro de ecclesiasticæ hierarchiæ cũ ait.*

Ἡδὲ τῶν ψαλμῶν ἱερολογία, σωουσιωμένη πᾶσι  
 σχεδὸν τοῖς ἱεραρχικοῖς μυσηίοις, οὐκ ἤμελλεν  
 ἀπρησθῆναι τοῦ πάντων ἱεραρχικωτάτου. Idq; tibi  
 donum eo sit gratius quo purius est & fontane claritati  
 propinquius. Non enim tanq̄ uinum est in tertium uas  
 transfusum quod facile coalescit, sed de prelo mustum, de  
 racemis pressum, de ueritate inquam hebraica effigiatum  
 in illa ipsa lingua omnium linguarum matrice ut scribit  
 Hiero. quam sanctam uocant, quam Origenes diuinitus  
 esse traditam asserit, quæ sola est ante confusionem lingua  
 rum orta, quæ nihil impuritatis continet ut Moyses  
 Aegyptius dilucide tractauit. Unde incredibili amore  
 amplexandi sunt hi psalmi hebraici, quibus expiati De-  
 um attrahimus in eo iudeorum sermone qui primorum  
 parentum, qui Patriarcharum, qui Prophetarum, qui  
 sanctorum et e regione optimi maximi Dei creatoris uni-  
 uersorum ultro citroq; nuncius intercessit quasi proxime-  
 ta aliquis & interpres. Quare putant orationes illas ua-  
 lidius robur habere, urgentioresq; esse ad impetrandum,  
 cum sic pronunciantur, ut sunt a sanctis hominibus diui-  
 no spiritu afflatis compositæ, ac non aliter. Ita enim san-  
 ctus Athanasius ad Marcellinum de illis scribit. μήτις  
 ψαλλόμενα τὰς λέξεις μεταποιῶν ἢ ὅλως ἐναλλάτ-  
 τειν, ἀλλ' οὕτως ἀτεχνῶς τὰ γεγραμμένα λεγέ-  
 τω καὶ ψαλλέτω ὡς περ εἴρηται. τοῦ, τοῦς διακονή-  
 σαι τὰς ἁγίους αὐτὰ, ἐπιγινώσκοντα, τὰ αὐτῶν  
 συνέτη

οὐδὲν ἕξει δὲ αὐτῶν, id est, Nemo attentet dictiones  
transmutare uel omnino uariare sed ita uere ac sedulo  
scripta dicat & psallat, quemadmodum dicta sunt, ut  
sancti qui administrauerunt ea, cognoscentes quæ sua  
sunt, orent & petant nobiscum. Hec Athanasius, cui asti  
pularur doctissimus Origenes in libro quinto contra Celsu  
sum affirmando in aliam linguam nomina ipsa traducta  
quæ suapte natura & in propria lingua plurimum ualeant  
nil ultra efficiere, quæ suo sono antea effecissent. Susci  
pe igitur peritissime iuris & sacrarum literarum doctor  
excellentissime, Vniuersitatisq; suorum Gymnasiarum  
chilari animo munusculum hoc quod inter iocalia tibi  
præ Croesi opibus offero exoptandum, qui nihil eorum  
contemnis quin potius amplissimi facis quæcunq; optima  
rum literarum artibus constant. Hæc est illa uirtus tua,  
uir grauisime atq; simul humanissime super omnes egre  
gia, præter immo contra morem & consuetudinem mul  
torum theologorum, qui iurati in unius uerba magistri,  
nihil habent gratum, nihil acceptum quod non eorum iste  
magister sonat, Tu uero exornasti generale studium no  
strum multiplicibus uarijsq; doctrinis, quibus ut gemma  
in omni Germania coruscat, pro qua re omnes docti  
meritas tibi non modo habebunt, uerum etiam referent  
gratias, omni posteritati non intermorituras. Stutgardie  
Kalendis Sextilibus Anno . M D . XII.

IOAN

IOANNIS REVCHLIN


phorcensis in septē psalmos

pœnitentiales hebrai-

cos Gramatica ex

planatio.

Titulus psalmi sexti.

 Ad inuitatoriū, Dug  
sunt partes. L articulus  
ut in rudimētis nostris fatie, 575 Et sic  
semper quelibet facies uniuscuiusq; pa  
ginæ rudimentorū consimili numero  
notabitur. מ . significat denominati  
uum Sic enim sex illas literas post hac  
appellabo . quæ nominis in dicant de/  
riuationem siue ab altero nomine seu a  
uerbo descendentem, breuitatis causa,  
quæ continentur in hoc uocabulo me  
moriali מַמְלֵכָה facie, 571. Nam a מַמְלֵכָה  
uerbo primitiuo de quo. 332, scriptum  
est uenit gerundium מַמְלֵכָה Ezre, iiii. capi  
tulo

tulo מלאכה על לגיזה id est ad inuitan/  
dum , hortandum , urgendum super  
opere. Cui nunc preponitur mem &  
fit nomen uerbale tum maxime cum  
uult actionem secundi traducere in ter  
tium, quod postea his uerbis eloquar  
scilicet. Facio facere, ut exempli gratia  
quoniam פתח significat aperuit, Si ali  
quam rem enuntiare uolo que faciat  
aperire, dico מפתח id est clavis que  
facit aperire. Isaię xxij. Et dabo cla  
uē domus dauid. Sic חנן id est caupo  
nauit. . 488 . uolo rē proferre que faciet  
cauponare, quippe domū ipsā caupo  
nariam, quā qui conducit fit caupo  
Cum igitur ea domus facit cauponare,  
recte nominatur מנחה id est caupona  
Similiter חבט id est immolauit. 146. ab  
illo res que præstat occasionem immo  
landi facitque, sacrificare dicitur מזבח  
id est altare. Eodem modo ad propo  
situm

situm nostrum. Vox ipsa procelesy-  
 matica exhortantium & excitantium  
 ad aliqua exercitia quæ facit facere  
 opus & officium institutum dicitur  
**נִוְוֵה** quod ego secundum lingue idiy-  
 oma interpretor inuitatorium, & recte  
 ut opinor, quoniam teste, S. Hiero-  
 nymo in psalterii commentariis hic est  
 psalmus poenitentiae, & ad Paulam ac  
 Eustochium idem hunc sextum ait de  
 uigiis esse in sabbato. Experrectis igi-  
 tur nobis a somno & tamen adhuc  
 quodam pigro stupore torpentibus  
 maxime opus est hoc ad celerem peni-  
 tentiam inuitatorio, ut eo ad resipiscen-  
 tiam excitemur. Habet autem hæc  
 dictio formam eorum quæ in primiti-  
 uo suo terminantur per Ain, uel Heth  
 literam, ut **שׁוּמַע יְהוָה צְרִימָה בְּיִסְחָה**.  
 In musicalibus seu harmoniis  
 2 prepositio in, ut **וַיִּבֶן** reliquum est  
 plurale

plurale fœmininum, & sortitur iod ex  
 forma tertiæ coniugationis sicut alia  
 ut **הַלְלֵה נְאֻמֵי** quere primitiuum  
 suum 305. Conuenit autem poenitentiam  
 agentium hunc psalmum in melodiis  
 & musicalibus pronunciare iuxta  
 sententiam Sancti Athanasii qui de  
 hoc ad Marcellinum sic scribit.  
 καλῶς ψάλλων, ἡσθητικῶς, τὴν ψυχὴν ἑαυ-  
 τοῦ καὶ ὡς περὶ ἐξ ἀριστότητας εἰς ἰσότητά ἄγει,  
 & plura illic de talium psalmorum mu-  
 sicis harmoniis legere poteris pulchra  
 & præclara. **הַלְלֵה נְאֻמֵי** על super  
 ogdochorde. Tres dictiones, prepo-  
 sitio על significat super 616 & he est  
 articulus fortificans sequentem literam  
 schin per punctum dagges, ut in rudi-  
 mentis nostris 574, reliquum id est oc-  
 taua 567. Vnde instrumentum hoc  
 musicum denominatur. **הַלְלֵה נְאֻמֵי**  
 Carmen. Mem heemanthi nota nomi-  
 nis uerbalis ut supra. & epenthesis

vau instar aliorum nominum uerba  
 lium in o desinentiū ut מִשְׁקוֹל מְבַהֵר  
 מִגְרֹל primitiuum uerbum inuenies  
 in rudimentis 153. לְזֹרִי Ipsi<sup>us</sup> Da  
 uid. Nam in superscriptionibus &  
 titulis lamed articulus præpositus sig  
 nificat genitiuum cum alias regulariter  
 sit datiu<sup>i</sup> casus ut in arte nostra 575.  
 יהוה Tetragrammaton hoc est quadri  
 literum nomen ineffabile, quod Ado  
 nai legitur & interpretatur dominus  
 ut in capione nostro scripsimus.  
 אֵל בְּאַפִּי Ne in ira tua. Quatuor di  
 ctiones Aleph & Lamed. 618. beth  
 præpositio. 173. similiter. 616. aph  
 ira. quamuis alias multa designet. ut  
 in nostro dictionario. 63. Caph fina  
 lis litera significat tua & est affixū 579  
 תוֹכִיחֵנִי Argues siue corripies me,  
 thau litera præposita significat secundā  
 personam, & vau epenthesis uerbum  
graue



graue. & epectasis iōd tertiam coniu-  
 gat.onem. & litra nun interposita  
 est euphonie siue hiatus prohibendi  
 causa Videbis de constructione uer-  
 borum. 610. Et affixum iōd pronome  
 primæ personæ primitiuum singula-  
 ris numeri. Reliquum est uerbum  
 primitiuum יבֵה id est arguit corri-  
 puit. 214. Quod, in tertia coniugatio-  
 ne defectiuorum habet הוֹבִיָה sicut  
 הוֹרִיֵץ. 601. cuius אִיבֵן id est futu-um  
 facit אִוְבִיָה יוֹבִיָה הוֹבִיָה וּבִיָה &  
 addito affixo cum appendice scilicet  
 ni. fit הוֹבִיָהנִי per uocem zere in pe-  
 nultima. Canon. futurum actiui se-  
 cundæ personæ singularis numeri pro-  
 nunciat affixum suum utriusq; gener-  
 ris & numeri primæ personæ leniter ac  
 molliter in masculino per zere & in  
 foeminino per hirek utrobique in pœ-  
 nultima, ubi etiam reperitur accensus

B      Exem/

Exemplum singulariter psalmo. xviii.  
 : תְּחִלָּתִי | תְּרַבְּנִי | תִּזְכֶּנִי Et plurali-  
 ter psalmo . lxxx תְּחִינֵנוּ תְּשִׁיבֵנוּ  
 . Et in foeminino תְּפַקְּדֵינוּ  
 hæc notabis . In exegtuati  
 one tua, prepositio beth & paragoge  
 affixi caph superius abunde ostensa  
 est, reliquum uide . 177. cuius aspiratio  
 finalis he mutatur in thau raphatum  
 propter affixum , iuxta canonem in  
 rudimentis meis . 582. תְּחִינֵנוּ  
 secunda persona futuri , iod finale affix  
 um primæ personæ singularis numeri  
 cum epenthesi nun literæ , ut supra  
 uisum est , primitiuum יָסַר id est casti-  
 gavit . 217 תְּחִינֵנוּ Verbum imperati-  
 ui modi , ultima litera iod est affixum  
 & primitiuum significat gratificauit .  
 182. Et quamuis hoc primitiuum habe-  
 at duplex nun de sui substantia , ta-  
 men in isto loco ultimum nun acci-  
 dentalis

dentalis est litera & non substantialis ,  
 per epenthese[m] addita more superio-  
 rum uerborum. Et unum nun substati-  
 uale deficit, propterea ad supplendum  
 eum defectum ponitur punctus dages  
 in altera nun, ut uidisti in arte nostra .  
 602 . Et quamuis imperatiuus puncte-  
 tur per seua in prima, tamen in hac con-  
 structione huius affixi ponitur camez  
 loco eius, ut cum dico שמר id est cu-  
 stodi, post addendo appendicem ni,  
 iam faciet שמרני ita in hoc loco grati-  
 ficare הנין iuxta regulam בעל addendo  
 ni fiet הניני accentu in penultima id est,  
 gratificare mihi, hec tibi signabis pro  
 canone memoria digno .

בי אמלל אני, Tres dictiones בי  
 quoniam . 618 . & . 240 . אמל uerbum  
 defecit seu infirmabatur . 58 . duplicat  
 autem hæc dictio ultimam literam sig-  
 nificatq[ue] imbecillem , אני . Ego . 576 .

B 2 Ea

Ea in orationis termino semper scribitur prima per camez ut hic. In alijs uero locis quandoq; per patha. Cumq; patitur accentum, habet eum in prima nisi ei preponatur uau encliticum, ut Psal. ij. Ego aut constitutus sum rex.

רַבִּי אֵיזֶהוּ primæ literæ tres sunt, uerbum imperatiui modi. 496. quod aliquando coniugationem eorum obseruat que in he terminantur, quandoq; uero eorum que in aleph. Ni appendix ipsius affixi est, propter quod perultima recipit zere secundum formam פִּעֲלֵי. Canon. In uerbis primitiuis desinentibus in literam uocalem imperatiuus masculini generis cū appendice seu affixo ni nu uel hu, notat primam per seua, secundam per camez & tertiam singulariter per zere, pluraliter per surek. Exemplum רַבִּי אֵיזֶהוּ שְׂמַעְנָהּ מִשְׁחַתָּה קְרָאֲתָהּ.

זִבְתָּלֵהּ

בְּהִלָּה exterrita sunt. Nun litera pa  
ssiue significationis, & vau terminatio  
pluralis numeri tertiæ personæ utrius  
que generis, reliquum est primiti  
uum. 57.

עָמִי, Ossa mei, u I mea, Iod fina  
le præcedente patha uel camez non so  
lum pronomen subiunctiuum affix  
um, id est mei, uerum etiam pluralem  
numerum dictionis præcedentis signi  
ficat. 581. Est autem primitiuum os  
ossis, ut in dictionario nostro. 402.

וַיְנַפְשִׁי, Et anima mea, vau con  
iunctio. 145. iod finale affixum. 579.  
reliquum primitiuum. 331.

עֵי מַתִּי, due dictiones, id est u<sup>o</sup>q<sup>o</sup>  
quo. prima. 372. secunda. 299. שׁוּבָה  
conuerte, finalis litera he est par: goge  
imperatiui que sepe contingit. Nam

B 3 שׁוּבָה

שׁוּב ipse est imperatiuus a uerbo שׁוּב  
501. ut. i. R. iii. Reuertere, dormi. Et  
addito he in polysyllabis transfert ca/  
mez in primam, ut Nehemie. v. זָבַח  
& Psalmo. lxxxvi. שָׁמְרָה de quo  
uide in arte nostra, 591.

הִלֵּצָה, Eripe, imperatiuus cum simi  
li paragoge, ut supra, uide. 175.

הוֹשִׁיעֵנִי, Saluifica me, imperatiuus  
tertię conjugationis, terminatio ni ap/  
peh' ilis, ut supra de affixis dictum est,  
ceterum eius primitiuum est הוֹשִׁיעַ, 230,  
cuius passiuum הוֹשִׁיעַ ubi uau est lite  
ra substantialis quia ponitur loco iod  
primitui, 601. Deuteron. xxxiij. popu  
le qui saluaris in Domino. Et coniuga  
tur secundum formam defectiuorum,  
ut in arte, 600. Inde uerbum graue ter  
tię conjugationis imperatiui modi,  
הוֹשִׁיעַ הוֹשִׁיעֵי, id est, fac uel facite sal  
uari, quod nos dicimus saluifica, ubi  
de pro

de pronuntiatione eius recordare cano-  
nem superius de futuro actiui secunde  
personæ in utroq; genere positum, hoc  
etiam in loco utilem. Nam solemus se-  
cundam personam futuri sepius etiam  
pro imperatiuo capere, ut est apud la-  
tinos. Alternis dicetis, id est dicite.

יְמַלְּךָ propter. 291. Et quamuis sit  
pars consignificatiua tamen recipit  
post se affixa. יְמַלְּךָ, Nomen cum  
affixo significat beneficium tuum. 185.

אֵל non. 50. Cuius significatio si  
coniungatur alteri post se, notatur per  
zere, ut hic, & Michææ. vñ. Non bo-  
trus ad comedendum, Quandoq; au-  
tem ipsum aleph notatur per hirek, ut  
primo regum, xxi. Si habes hic ad ma-  
num hastam aut gladium. Vbi hebrai-  
ces sic legitur. An non est hic ad ma-  
num tuam hasta uel gladius, Et licet  
aliqui libri habeant ibi notam zere, ta-

men antiquissimi & emendatissimi co-  
dices quos vocant grammaticos ,  
hoc est, artificioſo iudicio caſtigatos  
ſubſcriptum tenent ſolum hirek, idq̄  
doctioribus grammaticis magis pla-  
cet. Sed ſi finiat diſtinctionem ſive ſub  
diſtinctionem orationis tunc aleph no-  
tatur per patha & iod per hirek, ut Ge-  
neſis. ij. אִישׁ אֶחָד id eſt, & homo non.  
Verbum enim ſubſtantium ſcilicet  
erat hebraice non proponitur. Sin au-  
tem membrum aut terminum finiat,  
tunc aleph notatur per camez & iod  
per hirek, Licet & in eo ſtatu patha  
quandoq̄ reperiatuſ maxime præce-  
dente vau cum camez.

בַּמּוֹת, Nomen mors. 280. cum præ-  
poſitione in.

זִכְרוֹנְךָ Memoria tua ſive tui, Caph eſt  
affixum ſecunde perſone. Nomen  
autem alioqui ſcribitur per ſegol in  
utra



utraq; syllaba. Sed per appensionem affixi mutatur primum segol in hirek, ut enim in alijs similibus dicitur, שֵׁם שְׁמֵךְ שְׁמֵךְ שְׁמֵךְ. Sic etiam hic זֵרַךְ זֵרַךְ, id est, scapula tua, iusticia tua. memoria tua. Et propter finalitatem ipsius Athna scilicet termini transit seua in segol, sicut in arte nostra. 502.

בְּשֵׂאוֹל prepositio beth significat in ut supra. Et nomen denotat gehennam ut in rudimentis. 503.

יִרְרָה, Confitebitur. 136. est autem quædam confessio alienæ laudis, & est alia confessio criminis propriæ, quare utrunq; significat hoc verbum primū, Psal. lxxi. nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi, secundum, Numeri. v. confitebuntur peccatū suum, et est verbū graue qd assumit prothesin he literę in principio, & mutat iod in vau, quip pe inter quas literas symbolicas facilis

B 5 est trans

est transitus, ut in arte. 601. Et coniugatur inter defectiua iuxta tertiam coniugationem ac si primitiuum eius inciperet a iod litera. 607. commutatione iod in he. 210. תורה תורה תורה. Et in imperatiuo תורה תורה תורה. Et in futuro sic תורה תורה תורה. Quod & aliquando sine defectu reperitur per he, ut Psalmo. xlv. propterea populi confitebuntur tibi, ubi ponitur יהודוד & similiter in cæteris, posset igitur hic versus intelligi quod in inferno non sit confessio proprii criminis, ideo neque poenitentia, quam Græci μετανοια id est resipiscentiam uocant, nec etiam laus Dei, teste Psal. cxij. Non mortui laudabunt te Domine. Vnde & תורה significat oblationem/poenitentiam, confessionem & laudem. Iosue. vij. Fili mi da gloriam Domi

Domino Deo Israel, & confitere, atq; indica mihi. Quod hebraice sic legi potest. Fili mi repone obsecro honorem Domino Deo Israel & redde ei poenitentiam, & enarra obsecro mihi quid feceris, Vbi hæc tria conuersionis post lapsum symbola continentur, scilicet refugium ad Deum poenitentia interior & confessio exterior. Quare Psalmo. li. canitur. Imola Deo sacrificium laudis pro quo hebraice legi posset. Sacrifica Deo poenitentiam, seu oblationem in signum poenitentiae.

וְ art. culus datiuus cum affixo secundæ personæ singularis numeri, Et legitur pro una dictione, fitq; nomen communis generis, ut. 576. Canon. Quando וְ ponitur in principio uel medio orationis, tunc lamed notatur per seua & caph per camez, ubi autem terminat orationem ut hic, tunc regulari

lariter econuerso lamed notatur per ca-  
mez & caph per seua, fallit in paucis  
hæc de orthographia.

לָבַדְתִּי Laboraui. 210. verbum est  
generis communis, quia sic & mas &  
foemina dicere possunt, per primæ con-  
iugationis regulam primam quæ in no-  
stris rudimentis non recte impressa est  
Tu uero eandem regulam. 586. emen-  
da sic. In omni coniugatione præteriti  
temporis prima persona utriusq; nu-  
meri, & tertia pluralis sunt generis  
communis. Hanc castigationem nota-  
bis diligenter si me præceptorem tuum  
cupias honore prosequi, fuit enim men-  
dum quorundam uesperii hallucina-  
tum.

אֶחָדָּי in suspirio meo, nomen cū  
præpositione & affixo, uide. 60. &  
propter affixa mutatur he in thau,  
quod ex me sæpius præcipiente audi-  
sti,

si non enim omnia conabor recitare  
iterumque monere.

אָנּוּס, Faciam natare. Verbum  
graue futuri temporis, quod principi/  
um eius ostendit. Aleph enim una ex  
Ethan extat quæ futurum tempus no/  
tat, ut. 588. primitiuum quære in rudi/  
mentis nostris. 514. Et ibi emenda pun/  
ctum supra sin literam positum, cum  
enim per incuriam sit signatum in dex/  
tera, debuit locari in sinistra, ut legatur  
non sin spumans sed acutum siue sini/  
strum. In quo uerbo & impressores he/  
braeorum sæpe negligentes errauerunt  
ut videre licet Isaiaë. xxv. Nam illic  
quoq; impesserunt huius uerbi pun/  
ctum dexterum, quod fieri non debu/  
it, ut ex regulatis & antiquissimis li/  
bris accepimus, per hoc enim di/  
ffert ab alio uerbo quod curuare sig/  
nificat.

כָּבַל

**בבל** In tota siue omni duę partes  
 prepositio cum nomine, quod siue per  
 holem, seu per camez scribitur **בל** nel  
**בל** semper consuevit o sonare. 18. & est  
 utriusque numeri, & si ei addantur  
 affixa, notatur per kibutz id est per  
 tria puncta scalariter. & dageffatur. ut  
**בלי בלה בלר בלם בלבם בלגה**  
**בלר בלו**

**לילה** Nocte. & ge u'tima litera est  
 paragoge. 266. a quo deriuatur **לילה**  
 ultima litera raphata. Nomen æqui-  
 uocum ad multas & uarias significatio-  
 nes. Nam quo ad aues nocturnis tene-  
 bris gaudentes ita nominari potest ny-  
 ctimene. nycticorax, noctua, Strix,  
 ulula, Cocyx Bubo, Et quo ad gressi-  
 bilia humique repentia chamaeleō aere  
 solo uiuens, sicut Salamandra igne.  
 Et quia se transmutat uertitq; in om-  
 nem colorem, ut in. viij. libro scripsit  
 Pli/

Plinius capite. xxxiη. præter rutilum  
 & candidum, Iccirco μεταφορικῶς, &  
 transumptiue phasma, phantasma, me/  
 lancholicam apparitionē ac uisionem  
 & terriculamenta, laruas, larcsq; & la/  
 miam, succubonem, manes, dēmonem  
 q; familiarem, significare conceditur.  
 Quod aliqui nostra ętate agrestes he/  
 braistę ac eius idiomatis illiterati teme/  
 rarij; thraſones nuper false Lulos di/  
 xere, simulq; in testimonium suę auda/  
 cię propriam ignorantiam impressio/  
 ni dederunt, iuxta Moysen Aegyptiū,  
 בן מי שלא נבין לשון אדם לא ידע  
 בנבחר.

מיטה, Lectum meum. Nomen  
 cum affixo, quod efficit ut he finalis  
 primitiui mutetur in thau. 313. Et po/  
 nitur punctus dages in ventre ipsius  
 teth ut significet defectum nun literę  
 substantialis primitiui quod est נטה  
 ut in arte. 505. ברמיצתי.

בְּרִמְעָתִי , In deploratione mea, præpositio, nomen & affixum, de nominis primitiuo uide. 129. De beth præpositione uulgatum habes. 616. & similiter. 73. De iod affixo, primæ personæ singularis numeri. 579. Quare de his postcrius temperabo.

עֲרָשִׁי Grabbatum meum, Iod affixum, & reliquum nomen. 412. Et propter affixum mutat primum segol in patha & secundum in seu si ut alia eiusmodi, ut, מֶלֶךְ מִלְכֵי אֶרֶץ אֶרֶץ עֵבֶר Sic עֲרָשִׁי עֲבָרִי נֶרֶךְ נֶרְכֵי

לִמְסַח Liquefaciam, Aleph prima futuri. Reliquum. 280.

עֲשָׂה Verminauit, Sic a vermibus dictum qui turbant res claras puras & nitidas. 412. Et de toto aspectu corporis dicitur. Paragogeque finalis literę he κατὰ ἄλλοττητα generis subiungitur, propter suppositum speciei seu faciei.

מַעֲסֵה



מַרְעֵס Ex iracundia, præpositio  
mem. 616. & 557 nomen primitiuum  
250.

עֵינַי Species mea nomen. 388. cum  
affixo iod ut supra. Declinationem  
eius heteroclitam quære in rudimentis  
nostris. 559.

עָרַב Inueterauit. 415. & he finale  
uel est paragoge, uel designat foemini-  
num uerbi genus, vt supra. Et est ter-  
tię personę non (ut uulgo legimus) pri-  
mę, refertur autem ad ipsam speciem  
& corporis faciem siue superficiem.  
Vel simpliciter he additur euphonię  
causa, quod sæpe etiam dictionibus  
masculini generis contingit, hoc memo-  
ri tene mente.

צָרָרִי Tribulantibus me. Vbi  
apud veteres uau non scribitur, sed  
punctatur holem. Quod secundum ar-  
tem grammaticam tripliciter potest in-  
C telligi

telligi. Primo, ut sit vna dictio simplex pluralis uumeri, significans tribulatores, anxiatores & oppressores, in statu absoluto, iuxta regulam in libro rudimentorum nostrorum tertio traditam. 613. quod ai terminatio sæpe tantum valet, quantum im, ut. η. Paralipo. xxxiij. scripta sunt in sermonibus Hozai, quod non est nomen proprium, sed appellatiuum, nam הוֹזַי significat videntem siue vatem, ut in. η. Para. xix. gad videntis, & eiusdem. xij. addo videntis. Quod in plurali habet הוֹזַי, id est videntes siue Prophetæ, ut eiusdem. xxxiij. Reliquia autem gestorum Manasse & obsecratio eius ad deum suum, verba quoq; videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini dei israel. Et post pauca sequitur, scripta sunt in sermonibus הוֹזַי, hoc est hozai, id est videntium siue prophetarum,

tarum; idem quod hozim. Secundo  
 potest intelligi nomen verbale pluralis  
 numeri sine aliqua actione temporis,  
 & affixum suum iod in statu regimi/  
 nis, & significat tribulatores mei, iuxta  
 canonem rudimentorum, 581. super vo  
 cabulo isto גְּבֻרֵי. Tertio potest intelli  
 gi verbum siue participium presentis  
 temporis a גָּבַר. 457. & sic significat tri  
 bulantes me, vt in hebraicis rudimen  
 tis. 612. in verbo גַּבְרָה, hoc tibi dono  
 pro singulari quodam canone.

אֲפָרָה Discedite. 351. Et est imperati  
 ui modi, coniugationem eius quære in  
 rudimentis de defectiuis in verbo גָּבַר  
 601.

אֲפָרָה a me 675. Scribitur penultima  
 per saegol & componitur a גָּבַר quod  
 significat a vel ab, vt. 287. Iccirco poni  
 tur dages in secūdo mem in supplemen

tum ipsius nun literę, quasi diceretur  
נִנְּוּ & ultimum nun etiam dagessa  
tur in supplementum iod literę quę de/  
ficit. Scribitur enim ea præpositio in/  
tegre נִנְּוּ, id est a uel ab per iod fina/  
le, Isaia. xxx. auferre a me viam, decli/  
nate a me semitam, ubi bis ita ponitur.

Et sic deficit illud iod propter alte/  
rum iod affixum, quod significat pri/  
mam personam singularis numeri scili/  
cet me.

וְעֹלֵי agents, ab ago facio uel ope/  
ror. 432. participium pluralis numeri  
simile presentis iudicatiuo, quod per m  
terminari deberet nisi iam esset in statu  
regiminiis, tunc enim abijcit m in fine  
& mutat vocem hirek in zere. 557. &  
plenius. 559. Et nota quoniam vau hoc  
loco est epenthesis temporis presentis  
quod tamen apud veteres & idoneos  
non scribitur sed per holem punctatur,  
Sicut

Sicut iud paragogae est numeri pluralis

יָס, Iniquitatem. 42. ubi adde in  
dictionario nostro quod & dolorem  
uulgo interpretantur. Sed verius septu-  
aginta πόνος, id est labor. Psal. xc. ampli-  
us labor & dolor, quasi parum diffe-  
rant πόνος καὶ πονηρός seu πονηρός.

שמע, Audiuit. 524. instar ירע de  
quo habes. 600. Coniugatur secun-  
dum primam coniugationem. 590.

קול, Vocem. 404. Et est generis  
masculini. ה. Paralip. xx. Laudabant  
Dominum Deum Israel voce magna  
בְּקוֹל גָּדוֹל, Licet declinetur in plurali  
secundum foemininam declinationem,  
Exodi. xx. Videbant voces & lampa-  
des.

בְּבִי, Fletus mei a verbo בָּבַה fleuit  
82. venit בְּבִי, id est fletus. In oratio-  
nis membro uel termino sicut לְהִי גְרִי  
Alias autem לְהִי גְרִי פְרִי. Ita etiam hic  
C 3 בְּבִי

בְּבִי בְּבִי בְּבִי Et in affixis בְּבִי בְּבִי בְּבִי  
fletus meus, fletus tuus, fletus eius.

הֶחֱזִיתִי , Deprecationem meam. 182.  
affixum iod finale facit mutari he in  
thau, Prosthesis vero primi thau est  
hæemanthi, quod indicat nomen ver-  
bale a verbo הִנֵּן, Vnde quia vnum nū  
absrobetur, Ideo scribitur præsens nun  
per dages in ventre, ad denotandum  
defectum alterius, vt in arte. 62.

הִבְלִיתִי Orationē meam, De hoc loqui-  
mur, vt supra proxime deriuando il-  
lud a verbo הִבֵּל. 425. Et dageffatur la-  
med ad denotandum absētiā alterius  
lamed, & vltimum thau ex commuta-  
tione ipsius he foemini generis oritur,  
& cata prothesin adiungitur ei pri-  
mum thau hæemanthi, vt designet no-  
men verbale.

יִקַּח Accipiet, sumet, & est ver-  
bum defectiuum, Nam perfectum ei/  
us

us incipit ab. l. vt לָקַח Canon . Verba defectiua in consonantibus sunt , quorum integra vel a iod vel ab. l. vel ab n incipiunt, vt in arte nostra. 599. Et ideo in hoc loco litera quæ dagessatur ad de notandum talem defectum , deberet enim perfecte pronounciari יִלָּקַח sed dicitur יָקַח & iod monstrat tertiam personam futuri temporis.

יָבוֹשׁ Verecundabūtur vel erubescet. Verbum defectiuum in medijs , Nam vau literam perdit præteritum , vt בָּשׁ , Et eandem recuperat futurum , Iccirco hic non ponitur dages . Est autem futurum quod prosthesis iod indicat, vt supra . Et quamuis alia huiuscemodi scribantur in prima per camez, vt יָשׁוּב יָשׁוּב יָשׁוּב . Tamen hoc nostrum verbū habet zere pro camez, vt יָבוֹשׁ יָבוֹשׁ יָבוֹשׁ , inde יָבוֹשׁ

אֹיְבֵי inimici mei. Nomen. 48. &  
affixum precedente camez vt supra.  
צָגַע Subito. 484.

Psalmus secundum Iudaicam sup-  
putationem. xxxij. hanc habet inscrip-  
tionem לְצִוּוֹ מִשְׁבִּיל , id est ipsius Da-  
uid Eruditium, lamed in superscrip-  
tionibus genitiuo seruit, vt vidisti. 575  
alias datiuus articulus est.

מִשְׁבִּיל , Eruditium & potest esse  
verbum & participium & nomen ver-  
bale. Est autem de parte verbi הִשְׁבִּיל  
tertię coniugationis perfectorum iux-  
ta formam הִפְעִיל denotantem facio  
facere, vt in rudimentis nostris. 594.  
Et proprie secundum grammaticam,  
significat aliquid non in preterito, sed  
in presenti intelligere factum, vel ali-  
quid sapere factum, vt si liceret dicere  
intellectificum, vel resipiscenticum,  
quod in aliam linguam non potuit tam  
pro



proprie transferri, vnde græci interpre-  
tes potissimum septuaginta traduxe-  
runt *σύνεσις*. Latini autem intellectus  
sicut, S. Hiero. in expositione super  
Psalms. Sed rectius idem in hebraica  
veritate eruditio, nam eruditio facit re-  
sipiscere ab errore, Et Rabi David kim-  
hi exposuit disciplinam, nec id quidem  
absurdè, Nam disciplina facit intelli-  
gere & sapere. Vnde ego magis appro-  
priate huic Psalmo, qui est psalmus pœ-  
nitentię transferrem resipiscenciam. Si-  
cut Lactantius Firmianus diuinarum  
institutionum, libro. vi. ca. xxiiij. scri-  
bit. Quem enim facti sui poenitet, erro-  
rem suum pristinum intelligit. Ideoq;  
græci melius & significantius *μετάνοια*  
ap dicunt, quod nos latine possumus di-  
cere resipiscenciam. Resipiscit enim ac  
suam mentem quasi ab insania recipit,  
quem errati piget castigatq; seipsum

C 5 d:men/

dementię, & confirmat animum suum  
ad rectius viuendum. Tum illud ip-  
sum maxime cauet, ne rursus in eos/  
dem laqueos inducatur. Hęc Firmia-  
nus. Quamuis autem sit tertię coniu-  
gationis tamen significatio eius iam nō  
transit in tertium sed tantum in secun-  
dam, quia primitiuū suum primę con-  
iugationis est **לָוַי** id est intellexit, nul-  
lo addito, & ita stat, & non transit, qua-  
si dicatur, fuit intelligens, seu prudens  
erat, vt primo regum decimo octauo.  
Prudentius se gerebat David quam  
omnes viri Saul, Secundę vero coniu-  
gationis, idem verbum incipit agere  
& facit significationem suam transire  
in primum, vt **לָוַי** id est fecit resipisce-  
re, ita enim a sapientia traducit chaldai-  
ca translatio, Gen. xlviij. vbi scriptura  
nostra sic legitur. Commutās manus,  
& hebraice verius sic, manus eius fecit  
gnaras

gnaras seu prudentes. Sed thargum  
Babylonicum ita transfert scilicet. Fie/  
bat resipiscere ipse Israel. Nam ex situ  
manuum ipsius Ioseph acquisiuit ipse  
Jacob sapientiam super duobus filijs  
Ephraim & Manasse; vt cognosceret  
quis esset primogenitus & quis secun-  
do genitus.

Tertio itaq; ordine venit idem ver-  
bum, secundum formam tertie coniu-  
gationis לָמַד עֵי ל, vt hic, vbi significat fa-  
ctum intelligere aliquid, vt Psal. ij. Et  
nunc reges intelligite. Rectius ita fiatis  
intelligere scilicet illud ipsum quod se-  
quitur, Seruite domino in timore, &  
tunc inuenitur patha sub he, quia impe-  
ratiuus est. Si enim esset prateritum in-  
dicatiui, seruaret hirek. Sic transit signi-  
ficatio eius in secundum & habet in  
presenti tempore, loco he literę prime  
mem cum patha sicut in arte nostra fa-  
cie, 564.

Quar

Quartę autē conuigationis est **חַוּוּחַ**  
 quod ita regulariter esse deberet, sed  
 pro eo dicimus **חַוּוּחַ** ubi communi-  
 ter euphonię causa schin mutatur in  
 samech symbolico transitu . Et thau se-  
 quitur samech siue schin quod tamen  
 canonicę precedere deberet . Sed regu-  
 lam eius inuenies in arte nostra facie  
 597 . Recte igitur secundum gramma-  
 ticam titulus hic exponitur, fatiens in-  
 telligere . in genere neutro apud nos ,  
 siue masculino apud hebreos . Pro quo  
 latine posui eruditium scilicet resipis-  
 centię quantum ad mysterium poeni-  
 tentię .

**בְּרַחֲמֵי** Beatitas aut foelicitas, & est  
 pluralis numeri uoce tantum sed signi-  
 ficatione utriusq; numeri, sicut apud la-  
 tinos thebæ athenæ , ergo semper inue-  
 nitur in statu regiminis absq; mem fi-  
 nali Apud latinos autem & grecos in-  
 terpretes

terpretes .transfertur adiectiue Bea-  
tus ut Deu. xxxiii. Beatus tu Israel,  
pro beatitates tibi Israel. Et Psal.i. Bea-  
tus vir, id est bene ac beate euenit siue  
contingit viro. Vel rectius, Beatitas  
viri. Et sic sub voce plurali construuntur  
cum nomine singularis numeri, vt hic  
beati leuatus, hoc est beatus leuatus, &  
in plurali Psal.ij. eodem modo, Beati  
omnes qui confidunt in eo.

אָשַׁב, Fiens leuatus, a verbo אָשַׁב.  
336. quod secundum communem regu-  
lam debet scribi אָשַׁב, quia est uerbum  
cuius actio perficitur passiuè in presen-  
ti, seu preterito indeterminato & parti-  
cipat vtracq; significatione, scilicet acti-  
ua & passiuè, vt אָשַׁב fiens factus, &  
אָשַׁב fiens uisitatus. 588. Et ideo uerba  
neutra quæ passiuum non habent ca-  
rent hac forma. Nō enim dicitur אָשַׁב  
a uerbo אָשַׁב, id est stetit, neq; אָשַׁב a



Cuius foemininum תְּלִיָּה , id est fiens  
suspensa . Vbi clare patet quod mul /  
tum errauit in grammatica ille calum /  
niator meus qui aut indocte nimis aut  
certe animo peruerso pro thaluiah vel  
saltem thalua false transtulit suspenditri /  
cem , quasi carnificinam agentem , sig /  
nificat enim aliquam suspensam in foe /  
minino genere non autem suspenden /  
tem . Hoc vero notandum quod talia  
verba , quando sunt in statu regiminis  
punctantur in prima syllaba per seua  
vt hic & in statu absoluto per camez .

שָׁעַ Crimen . 44<sup>o</sup> . declinatur in  
im , vt alia huius formæ nomina,  
שָׁבַע סָלַע שָׁמַע נָתַח שָׁלַח בָּלַח צָלַע  
Scribitur autem hic prima litera per da  
ges , propter antecedentis vocabuli  
diphthongum finalem per dieresin  
prolatam . Canon . Iod finalis per diere  
sin prolata facit sequentem consonan /  
tem

tem ex illis sex literis scilicet בגרפת,  
Dageffari, hoc est, notari puncto in  
ventre & duriuscule pronuciari, ut  
סִיָּי בַקָּשׁ וְ גִיָּי גּוֹל וְ קִלְוֵי בַאֲשׁ

סיי בסיי fiens opertus. 248. De quo  
dicas, ut de verbo superiore.

חַטָּה peccato hoc est super peccato  
nomen quod uenit a verbo חָטָה. 168.  
Et dageffatur secunda litera substancia  
lis in hac forma, quod nota tibi pro  
insigni canone. ut בַּפְתָּה יְבִשָּׁה בַקָּשָׁה

בַּלְתָּה רַבְרָח בַּקָּרָה חַטָּה  
חַטָּה homo, de quo uide in rudimē  
torum meorum li. primo fatie. 37.

יְחַשֵּׁב computabit, aestimabit. Iod  
primæ syllabæ est litera ethan futuri ter  
tię personę, reliquum est primitiuum.  
67. & punctatur ultima per holem.  
Non enim futuruum semper terminatur  
per patha sed quandoq; per holem, ut  
in arte rudimentorum, 588. & 589. in

Prua



parua charta. Et quanquam illic in ter-  
tio memoriali reperis ceteras post pri-  
mam personas principia sua per hirek  
punctare, tamen hic fallit propter lite-  
ras gutturales, quas ego appellavi sim-  
plices vocales tantum, scilicet **הוהא**  
Canon. Futuri temporis actiua in per-  
sonis cæteris præter primam singula-  
rem mutant suum hirek in patha, vt.

**הוהא הוהא הוהא הוהא**

, **Ei, 567**. Hic tibi veniat in men-  
tem oro illius doctrine quam scripsi in  
libro tertio rudimentorum facie. 614.  
de relativo, quo loci te remitto, Cui al-  
teram nunc adiungo. Canon. Sæpe re-  
latiuum qui, quæ, vel quod, in sacra  
scriptura non exprimitur sed subaudi-  
tur, De quo scribit literatissimus Abra-  
ham Aben Ezra & per multa exem-  
pla docet. Sic enim Exodi. xvij. legi-  
tur de verbo ad verbum. Et ostendes

**D** eis

eis uiam ambulabunt in ea. subaudi-  
 tur. qua uidelicet ambulabūt quamuis  
 igitur hic dicere deberet אֲשֶׁרִי אָרַם  
 יְעֹן לֹא יִחַשְׁבֵּן יְהוָה לוֹ עֵין id est bea-  
 tus homo cui non estimabit dominus  
 ei iniquitatem. Tamen hic אֲשֶׁרִי defi-  
 c̄t sicut inferius quoq̄ in uia hac qua  
 gradieris. יְעֹן Iniquitatem. 74. Et  
 declinatur in oth ut. 564.

בְּרוּחֵהוּ In spiritu eius. Beth præposi-  
 tio. & uau finalis litera affixa. reli-  
 quū est primitiuum. quod sine addito  
 pronūtiari debet Ruah. sed cata para-  
 gogen ut hic Ruho ut in rudimentis  
 facie. 16.

דָּוָן Dolus. sic Ixxta. quoq̄ inter-  
 pretes δόλος. Et declinatur hæc forma  
 in fœminino, mutando he in oth. Et  
 daggeffatur iod Eiusmodi quoq̄ no-  
 mina sunt δέξιτονα. quia consueuerunt hæ-  
 bere accentum in ultima.

אֲשֶׁרִי אָרַם

פִּתְּחָה Feci tacere . Verbum ter-  
 tię conjugationis quod he prima litera  
 notat et præteriti temporis primę per /  
 fone singularis numeri quod thau &  
 iod terminales indicant , reliquum est  
 primitiuū eius quod quere iu rudimen-  
 tis . 195 . Et quia primitiuum suum ab-  
 solutam intransitiōē importat . Nam  
 in morem surdi obsurdescere significat  
 ut psal . 83 . secundum Hiero . de hebrai-  
 ca ueritate . Deus non silentium tibi . ne  
 fileas . & secundum literatos hebręos  
 ne obsurdescas , ex superioribus cog-  
 noscere poteris , q̄ tertia eius conjuga-  
 tio hic non est transitiva in tertium sed  
 in alterum solum , id est facio tatiurnū  
 esse . Iccirco latine posset explanari hoc  
 modo compescui . scilicet me ipsū Punc-  
 tatur autem litera prima hę non per hi-  
 rek sicut in פִּתְּחָה sed per sægol פִּתְּחָה  
 quia verbū primitiuū incipit a guttura

seu vocali litera per canonem in rudi,  
mentis nostris . 594.

בלה , Vetustuerunt potius quam  
veterauerunt. Et est vnum de defecti/  
uis in he literam terminantibus. 84. que  
quidem terminatio hic aufertur & dis/  
cedit in tertia persona numeri pluralis  
preteriti temporis, quam vau designat  
Et quamuis regulariter deberet habere  
accentum in vltima, Canon. Verba de  
fectiua finalem literam absorbentia in  
tertia preteriti pluralis habent accen/  
tum suum in vltima vt, בנה קנה עשה  
tamen aliqui loci excipiuntur a regula,  
vt Genesis . xliiij. וַעֲבֹרֶיךָ בָּאָהּ . Et Psal  
cvi. הָעַרְבַּיִם בַּמִּדְבָּר . Et similiter hic cum  
paucis alijs.

בְּשִׁאֲגֵתִי , In rugitu meo . Tres  
partes, prima litera designat in , vltima  
vero affixum demonstrat, id est mei,  
sed thau ex he terminatione foeminina  
nas

nascitur suo more. Reliquum est primitiuum. 502.

היה , Die, he est articulus, & reliquum inuenies. 212.

הבב Grauescet, Verbum neutrum, primę conjugationis futuri temporis foeminini generis, tertię personę intransitiuum, quod patet Gene. xlviii Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, quod hebraice sic legitur Et oculi Israelis grauescebant a senescendo. Rectius esset si possem a grauesco formare præteritum perfectum. Significat autem thau litera principij personam tertiam singularis numeri, foeminini generis, vt in rudimentis nostris. 589. in parua charta, Et inde cognoscitur quod sit generis foeminini, quia suppositum suum הוּ est foemini generis, sicut infra videbitur, Alias si verbum esset actiuum transitiuum ex/

poneretur in secunda persona masculini generis. Et manus in accusatiuo sic uidelicet, grauabis super me manum tuam. Non autem passiuè dici potest grauata est super me manus tua ut patet per omnes coniugationes.

עָלַי Super me prepositio. 391. cum affixo iod. Consecuit autem frequenter per patha scribi ut עָלַי פָּנַי super faciem Gene. primo, nisi quando adiungitur affixo uo, tunc punctatur per ca mez, ut hic et in עָלַי עֵלְיָהוּ עֵלְיָהוּ. Quod si fuerit affixum plurale secundæ uel tertie personæ punctatur per seua & patha ut עֵלְיָהֶם עֵלְיָבָם עֵלְיָהֶן. Et cum omni affixo scribitur per iod. Est quando reperitur per iod sine affixo ut עָלַי זָרָה iuxta fluum Numeri uicesimo quarto. Et sic iod uidetur esse de substantia eius, ut inferius in præsentis psalmo.

יָדָי Manus tua. duæ partes. caph af-  
 fixum secundę personę significat tui &  
 iad. in hoc loco manus. Quod in singu-  
 lari est generis foeminini ut Exo. xiiii.  
 ubi ponitur יָדָי תְּגַדְלֶנָּה manum mag-  
 nam quamvis pluraliter sit generis mas-  
 culini ut Exodi. xvii. יָדָי מִשֵּׁה בְּבָרִים.  
 Et manus Moyfi graues. Et statu abso-  
 luto declinatur per tres syllabas in plu-  
 rali ut in heteroclitis. 559 quod enim  
 quandoq; oth reperitur hoc in alia sig-  
 nificatione est. ut in rudimentis. 210.

תָּבַר Versus est. passuum ab. תָּבַר  
 quod significat uertit. 143. Et secundum  
 canonem in passiuo preponit sibi nun,  
 quamuis autem in תָּבַר uel תָּבַר Nun  
 passiuum punctetur per hirek, tamen  
 quando uerbum incipit a litera uo-  
 cali תָּבַר tunc ipsum nun punc-  
 tatur per sægol ut תָּבַר יָדָי. Et secunde syllaba per scua.  
 תָּבַר.

tantum vt hic, vel per seua & segol, vt  
iu exemplis. Solet tamen, quandoq;  
nun in principio per patha notari loco  
segol, Gen. xxxi. וְהָבֵאתָ לְבָרְהָ id est  
absconditus fuisti fugiendo, quod  
translatio nostra rhetorice interpreta-  
tur. Ignorante me fugere voluisti.

לְשׁוֹנִי, Humor meus. Nam iod  
finale est affixum & reliquum est pri-  
mitium. 273. scribit enim sapientissi-  
mus Rabi Abraham Aben Ezra  
quod lamed sit litera substantialis hu-  
ius dictionis, & non articulus, vt inter-  
pretes nostri putauerunt.

בְּהַרְבֵּי, In siccitatibus. Prepositio  
pars consignificatiua est berth, & reli-  
quum a nomine הַרְבָּה descendit. 190.  
sicut a קָטַת deriuantur קָטוֹת  
Ita ab הַרְבָּה pariter venit הַרְבֵּי  
הַרְבֵּי, Et in statu regiminis iuxta ca-  
nones abijcitur mem, & pronunciat  
zere lo



co hirek. Et hoc ideo quia reget post  
se genitiuum æstatis. אָזְזָ אֵסְתָּאִיס  
466.

לִּלְתִּי Iugiter. 3<sup>o</sup>. & illic vide in  
libro rudimentorum secundo.

פָּשָׁעִי, Peccatum meum. Iod  
finale affixum quare thau præcedens  
ex he litera commutatum est, alioqui  
foeminina terminatione. Reliquum ve  
ro a primitiuo suo, 168. venit, & a ver  
bo præteriti temporis secunde perso  
ne singularis numeri quod eiisdem pa  
riter literis scribitur, sola differt proso  
dia, habet enim istud nomen in hoc lo  
co accentum in vltima quem dicimus  
cadma Sed verbum illud peccaui ha  
bet accentum suum in penultima, vt vi  
debitur in Psalmo Miserere mei.

אֶרְיָעָךְ, Faciam cognoscere te.  
Caph finale est affixum secunde perso  
ne, aleph litera ipsius ethan significat  
D 5 tem/

tempus futurum . Vau litera significat  
 tertiam coniugationem defectiuorum  
 a iod incipientium . in quibus mutatur  
 iod in vau , ut a coniugatione prima  
 וַיָּבֵר . uenit tertia scilicet hiphil facio  
 facere quæ superaddit he in principio  
 & iod in posteriori & dicitur הוֹרִיעַ  
 cuius futurum est הוֹרִיעַ quod uide in  
 rudimentis facie . 610 .

בַּסִּיחַ Fecit tegi Verbum secunde  
 coniugationis , quamuis secundum  
 normam בַּעַל deberet mutare zere in  
 patha בַּעֲלָה tamen iuxta regulam ter-  
 minatorum in he mutatur zere in hirek  
 secundum formam גִּלְהָה גִּלְיָה ut in ru-  
 dimentis 604 . & istud est regulare , sed  
 specialiter hoc uerbum בַּסִּיחַ non solum  
 coniugat mediam per hirek sed etiam  
 per zere . Nam per iod & hirek in me-  
 dia reperitur , Iob , xxxi . אִם בַּסִּיחַ id  
 est si feci occultari , quod translatio nos-  
 tra



cithara. Vbi veritas hebraica sic habet super decachordo & super psalterio & super cithara. Reperitur autem multo sæpius sine iod, & in præsentia habet eandem significantiam quam apud nos, multa super Priamo rogans super Hectore multa, sic enim hebraice legitur. Dixi confitebor super sceleribus meis Domino, quod velim ad nostrum dictionarium adnotare studeas in libro. ij. fa. 391. Vide etiam paulo superius in dictione יָעַי quid illic scripserim.

יָעַי, Sceleribus meis. Iod finale affixum primæ personæ singularis numeri generis communis, id est mei, & punctus patha vel camez immediate præcedens qui cum affixo iod facit ai, significat pluralem numerum nominis quod vide in rudimentis nostris facie. 581. Et nota quod יָעַי punctatur tribus

bus modis. Primo, vt sit duarum syl-  
 labarum, & vltima diphthongus ab  
 usiua subscribatur uno puncto qui no-  
 minatur hirek. Et tunc prima litera eti-  
 am punctatur eodem modo per hirek  
 & schin per seua legitur que pisthi, si-  
 cut  $\text{ישע ישעי פשע פשעי}$  et in alijs quo-  
 q; similibus. Etiam cum reliquis affix-  
 is, vt  $\text{בלא בלאי בלאי בלאי}$ . Sic eti-  
 am  $\text{בלא גבא}$  & reliqua. Et ita signi-  
 ficatur scelus meum. Iob. xij. vbi nos  
 legimus scelera mea & delicta mea  
 ostende mihi. Rectius sic legi deberet.  
 Scelus meum & peccatum meum noti-  
 fica mihi. Secundo iterum duarum syl-  
 labarum  $\text{ישע}$  prima similiter per hi-  
 rek, secunda per zere sicut vbiq; alias  
 in statu regiminis, Et significat simpli-  
 citer scelera, vt Amos. ij.  $\text{ישע מואב}$   
 sceleribus Moab. Tertio trium sylla-  
 barum, vt hic, prima per seua, secunda  
 per

per camez, tertia per patha synæressata  
 cum uoce hirek non scripta, & signifi-  
 cat pluraliue scelera cum affixo primæ  
 personæ pronominis primitiui scilicet  
 mei.

נשׁוּי Lettaſti 336, thau finale perso-  
 nam secundam præteriti temporis sin-  
 gularis numeri significat, quod uidebis  
 in אֵלֶּיךָ 586. Et quamuis alioqui re-  
 gulariter media pronuncietur per pa-  
 tha, tamen hoc uerbum notat mediam  
 syllabam per camez. Canon. Prima &  
 secunda persona præteriti temporis ge-  
 neris masculini singularis numeri, simi-  
 liter & prima pluralis uerborū primæ  
 coniugationis in aleph literam quies-  
 centē desinentiū punctant mediā sylla-  
 bam per camez, et accentus cadit in ean-  
 dē ut אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ  
 אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ

נשׁוּי hac uel ista. Mutatū est uau in  
 aleph

aleph & per paragogen additum thau  
uide in rudimentorum libro primo fa-  
cie 146.

יהלל fiet orare. 425. Iod ethan  
futuri, thau signum quartę coniugatio-  
nis quę dicitur hithpael 596. secundum  
quam coniugatur sicut יהפך quod  
primę coniugationi addit tres diffe-  
rentias, prima est he. secunda thau,  
tertia dagges. in prima substantiali li-  
tera legiturq; in futuro יהלל יהלל  
יהלל & sic de aliis. Quamuis quę-  
dam uerba pro zere habeant quoq;  
patha ut יהתבר Prouerbiorum. xxv.  
id est gloriari. quod latinius multo  
translatio nostra pronuntiat, gloriosus  
appareas. Non enim congrue dicitur  
in romanorum grammatica Fies glori-  
ari. Sed scriptura sacra ueteris testamē-  
ti non est ligata nec; coartanda latinis  
sue gręcis, sed potius hebraicis regulis  
quam

quam iudeorum sermone primario spiritus sanctus dictavit.

בִּנְיָמִן, Beneficiatus, beneficentiam seu gratiam consequutus, ab בִּנְיָמִן. 135. Et ita Ionathas Chaldaeus illud Ionæ. 11. ubi scribitur misericordiam suam derelinquunt, exponit sic. Benefactum eis non recognoscunt, simile in superiore psalmo.

אֲדָמָה, ad te. Præpositio cum articulo postpositiuo seu affixo caph, & sic scribitur cum epenthesi iod. Est autem vna ex præpositionibus articulatis, sicut inuenitur in rudimentis. 66. & parum habet conditionem cum לָךְ de quo supra docuimus nisi quod istud punctatur per patha vel camez, hoc autem per segol vel zere, nam & apud hebræorum grammaticos segol nominatur patha paruum, & similiter zere dicitur camez paruum. Quod tibi  
mente



mente conseruabis perq̄ diligenter.

נעל ad tempus. Lamed articulus  
575. reliquum quære 4 4. plurale eius  
infra reperiēs.

נעל Inueniendi, secundum expositi  
onem Rabi Salomonis, qui hoc refert  
ad tempus inueniendi te dcum meum  
ad acceptandum orationem meam. &  
sic esset gerundium quod in fine termi  
natur in holem, & in principio puncta  
tur per seua, ut in rudimentis meis facie  
582. Sed Rabi David Kimhi in libro  
de radicibus dicit in hoc loco esse no  
men, quasi uelit significari tempus in  
uentionis, uel secundum Hierony. tem  
pus inueniens. Nihilominus tamen  
idem David kimhi docet exponendū  
verbaliter iuxta uersiculum quem alle  
gat. Quærite dominum dum inueni  
ri potest. Isaię. lv. Ego certe puto ge  
rundiū esse a נעל id est inuenit ut 292.

E נעל

הַ pars conſignificatiua, & puncta  
tur ſemper per patha, lxxta interpretes  
græce uerterunt hic  $\omega\lambda\acute{\eta}\mu$  id eſt nerun/  
tamen, quod & nos legimus præter  
Habet alias quoq; ſignificationes  
quas uide in rudimentis facie 498.

הַשׁוּף ac inundationem, Lamed ar  
ticulus. Reliquum eſt nomen a lauan/  
do deriuatum ut  $\text{שׁוּף}$ , & ſignificat hic  
impetum impetuoſum.

מַיִם Aquarum, quaſi מַיִם ſemper  
pluralis numeri, ſcribunt hebrei for/  
taſſis ideo ita contigſſe, quia duæ ſunt  
aquarum ſpecies, una earum quæ ſunt  
ſupra firmamentum, altera earum quæ  
ſunt ſub firmamento Gene. i. Et in ſta/  
tu regiminis מַיִם ut Joſuæ. iiii. Aquæ  
Iordanis. & quandoq; geminatur ut  
iſtic.

מַיִם multarum Dagges in uentre  
beth notat defectum alterius beth. Hu  
ius

ius uocabuli conditionem inuenies in  
rudimentis . 482.

תָּאֵרָא Facient tangere, Verbum est  
tertię coniugationis, quod iod secun /  
dum indicat, & futuri temporis ter /  
tię personę quod primum iod deno /  
tat. Et pluralis numeri quod ultimum  
uau demonstrat . Reliquuntur itaq;  
iam duę literę substantiales, gímel &  
ain. Sed quia in libro tertio rudimen /  
torum nostrorum facie 583. ita traden /  
do scripsi, q̄ apud hebreos secundum  
communem & uulgarium morem ple /  
rumq; omnia primitiua, tres habent li /  
teras quibus suum cuiq; corpus con /  
stituitur. Oportet hic inquirere quę /  
nam restare possit litera, ut primiti /  
uum huius. uerbi reperias in dictio /  
nario nostro, ubi sola primitiua cu /  
raui notare . Et quia dagges in  
uentre literarum sæpe nos admonet  
E 2 aliquem

aliquem ante se esse defectum, quod in  
libro tertio rudimentorum accurare  
precepi fatie 600. Per hec uerba, me/  
mento dagges notare defectum, &  
posthac recorderis uelim. Iccirco di/  
camus hoc uerbum esse defectiuum  
in principio. Sunt autem tantum tres  
literę capitales uerborum deficientes  
& scripturam fugientes ab initio scili/  
cet iod ut a יוד uenit, in futuro יוד &  
lamed ut a למד uenit, futurum למד. Et  
nun ut a נון uenit futurum נון. נון  
נון. Si nunc ergo præteriti ובי נון  
significationem ignoras & uis in rud  
mentis nostris querere conditionem  
eius, accede ad dictionarium & quere  
in prenominitis iam literis tribus י ל נ  
et inuenies in litera nun נון cuius passi  
uum נון recipit nun literam accidenta/  
lem denotantem genus passiuum. &  
abijcit nun literam substantialem, cuius  
loco



he punctatum per seua. sane tunc mem  
 subnotatur etiam per hirek sicut alia in  
 bachlem ut מהיריהם Hagai. ii. צר autē  
 angustiam seu tribulationem significat  
 457. quod ex more punctatur per pa  
 tha præter duos locos ubi scribitur per  
 camez. Ester. vii. Cuius crudelitas re/  
 dundat in regem, ubi ponitur צר. &  
 Zachariæ. viii. non erat pax præ tribu  
 latione. Vbi ponitur צר. Addo lo  
 cum tertium in psal. ij, In tribulatione  
 dilatasti mihi, ubi ponitur בצר tamen  
 in antiquissimis libris manu scriptis in  
 uenio per patha punctatum. De pun  
 cto autem dagges in uentre huius no  
 minis posito legas canonem in rudimē  
 tis meis 574. ubi inuenies consuetudi  
 nem illarum sex literarum ה ש ב ל ב מ ,  
 possent aliij dicere q̄ propter defectum  
 ipsius uau a צור uel ipsius res a צר  
 signetur hic dagges.

ִּוְיִצְרֵי־יָמַי **custodies me**, ubi **thau** et **han**  
 denotat secundam personam futuri .  
**Iod** finale est affixum pronominis pri-  
 mitiui primę personę cum epenthesi  
 nun literę , hiatus prohibendi causa  
 more solito , ut apud Latinos prodest  
 pro proest . Cum itaq; sepeaueris  
 eas tres literas accidentales , remanent  
 duę uidelicet **zade** atq; **res** . Sed cum  
 ad uerbum perfectum ut supra docui  
 requiratur integritas trium literarum ,  
 iam admonet nos punctus dagges in  
 uentre **zade** repertus , quod ante eam  
 itleram deficiat alia quędam litera .  
 Quære igitur in dictionario nostro in-  
 ter supra nominatas tres literas defecti-  
 uas scilicet **iod** , **lamed** , **nun** , ante **za /**  
**de** unam convenientem . & reperiēs  
**nun** ante **zade** in libro rudimentorum  
 nostrorum secundo fatis 337. וְיִצְרֵי־יָמַי id est  
**custodiuit** . Jam nū uade ad librū iii. &

reperies in defectiuus exemplar **וַיִּשְׂא**  
 quod in futuro habet **וַיִּשְׂא יָשׁ יָשׁ**  
 59, secundum quam formam coniu-  
 gabis hoc nostrum uerbum **אֶלֶר יִצֵר**  
**תִּצֵר תִּצֵר** Canone Secūda persona futu-  
 ri temporis singularis numeri recipit  
 affixum nī cum solo puncto zere in pe-  
 nultima, & accentus cadit in eādē ut  
 תִּצֵרְנִי **תִּצֵרְנִי** sic etiam **תִּצֵרְנִי** quasi **תִּצֵרְנִי**.

**וַיִּשְׂא** Exultatio mea, & ut alludam  
 generi non foeminino sit igitur tripudi-  
 um meum siue gaudium meum iōd  
 affixum est pronominis primitiuū pri-  
 mę personę. reliquum uero nomen a  
 uerbo deriuatum **וַיִּשְׂא** 493. duplicata  
 nun litera psal. xxxij. Exultatione exul-  
 tabunt Et quia ultimum nun hic defi-  
 cit, ideo signatur punctus dagges in  
 uentre nun superstitis,

**וַיִּשְׂא** fac euadere. Verbum secun-  
 dę coniugationis transitiuum secun-  
 dum





אֶשְׁבִּילֶךָ Faciam intelligere te caph  
 finale affixum secundę personę. aleph  
 ethan nota futuri primę personę, iod  
 in medio significat tertiam coniugatio-  
 nem uerbi אֶשְׁבִּילֶךָ quod in futuro con-  
 iugatur אֶשְׁבִּילֶךָ sicut אֶפְקִיד 594. Et quę-  
 uis sit tertię coniugationis tamen non  
 est transituum in tertium sed tantum  
 in secundum, quia primę coniugatio-  
 nis uerbum est absolutum & non tran-  
 situum. quod eleganter explanauit la-  
 tina translatio quę circumloquitur sic.  
 Intellectum tibi dabo quasi intellectifi-  
 cabo te. Vidisti planius in titulo huius  
 psalmi.

וְיָסַדְתִּי & instr uam te. Primo uau  
 est consignificatiuum copulandi 618.  
 Deinde caph finale affixum secundę  
 personę con uatum. Et aleph ethan no-  
 ta primę personę futuri temporis  
 Restant solum uau & res literę sub-  
 stantiales

stantiales. & quia nullū cernis dagges,  
iccirco non potes suspicari defectum  
alicuius literæ capitalis, quæ præcede/  
re deberet vau, præterea non potes su/  
spicari quod vau incipiat aliquod uer/  
bum, quod tibi clare patebit ex dictio/  
nario nostro, ergo cum iod & vau sæ/  
pe symbolizent putare debes iod com/  
mutatum esse in vau. Iam habes quod  
istius uerbi primitiui principium inci/  
pit a iod Oportet nunc ad integra/  
tem uerbi supplere defectum in ultima  
Presto enim adest prima & secunda  
litera, inuenimus tertiam. Et quia ex  
defectiuis in ultima nō gemiatis notāt  
tantū duæ literę uocales, scilicet aleph  
et he. Iccirco curras uelī per dictiōariū  
nostrū et inuenies אָרַח id est timuit, per  
aleph in fine 224. & אָרַח per he in fine id  
est ostēdit, qđ eidē dictionario addere  
debes tanq̄ supplementū Si autē diligentē  
scrutatus

scrutatus fueris rudimenta nostra, cer-  
 te reperiēs in li. iij. fa. 607. ꝑ̄ tertia con-  
 iugatio uerborum in primitiuis suis a  
 iod incipientium mutat iod in uau, &  
 præponit he notam tertię cōiugationis  
 ut יוֹרָה הוֹרָה הוֹרָה תִּי quod in futuro cō-  
 iugatur sic הוֹרָה יוֹרָה אִוְרָה inde thora  
 id est instructio siue instru mentū, sic  
 hebræi uocant pentateuchum. Vnde.  
 S. Hieronymus & cæteri doctores ec-  
 clesiastici legem dei uocāt uetus instru-  
 mentū. Et defectiue scilicet per defectū  
 he finalis אִוְרָה יוֹרָה הוֹרָה גִּוְרָה Adde igitur  
 primæ personę futuri defectiui caph  
 affixū et habebis hoc nostrum אִוְרָה id  
 est monstrabo tibi, seu instruam te.

בְּרָרָה In uia, beth præpositio, reliquū  
 est nomen heteroclitum. nam cum sit  
 in singulari dissyllabum, inuenitur in  
 plurali contra morem aliorum nomi-  
 num tetrasyllabum בְּרָרָה in rudimen-  
 tis

· tis de nominibus heteroclitis fatie 559.

א pronomen demonstratiuum, צ /  
uis in tali loco secundum rabi Iona in  
se contineat etiam relatiuum sicut in  
psal. 132. Et testimonia mea hæc quæ  
docebo eos, & in psalmo 141. In uia  
hac qua ambulabam, quod translatio  
nostra hic etiam clare innuit, cū demon  
stratione & relatione dicens hæc quæ  
Hoc autem totū contingit quod א צ /  
relatiuum sæpiissime numero subaudi /  
tur .in uersu non expressum, ut superi /  
us in dictione א ב patenter scripsi, de  
quo & in rudimentis nostris certior  
fies. 146.

א ב ג gradieris thau ethan est futuri  
signum, secundę personę, Iam ergo re  
stant solum duę literę substantiales cū  
deberent esse tres. Queramus tertiam  
Et ostensum est supra in א ב ג ד quod  
tres tantum literę in principio sunt de  
fectiue

defectiuæ iod lamed nun, percurrer /  
 nas illas & inuenies iod esse principi /  
 um יוד uide in coniugatione defecti /  
 uorum יוד יוד יוד. quod in futuro habet  
 יוד יוד יוד Sic semper zere יוד יוד  
 יוד יוד Et nota diligenter q̄ id /  
 em significant duo hæc uerba scilicet  
 יוד יוד & יוד יוד sed יוד יוד non deriuat de se  
 defectiuum .

יוד nuam siue decernam, primo  
 aleph est ethan futuri nota. Deinde he  
 finale syllabica est adiectio siue parago  
 ge . Reliquum quere inter primitiua  
 rudimentorum nostrorum . 19. Signifi  
 cat enim decernere uel nuere. Hoc au /  
 tam in diuinis maximum est signum  
 cœlestis erga homines auxiliij, secundū  
 sententiam Homeri primo iliados .  
 νεῦσε θεοῦ ἰωφ. Vnde nos sanctum numen  
 appellamus. Et coniugantur יוד יוד יוד  
 Et in

Et in futuro defectiue **אֵינִי** scribitur  
 enim illa forma per hirek, ut in rudi /  
 mentis **רודי**. Et patitur quandoq; para /  
 gogen aspirationis, tunc media pun /  
 ctatur per seua & finalis per camez ut  
**אֵשׁ מִרְחֵם אֵשׁ לִחְמֵהּ**

**אֵינִי** oculo meo. Iod finale affix,  
 um Reliquum est primitivum singu /  
 laris numeri, Si enim ultima scribe /  
 retur per patha & iod trisyllabice ai,  
 tunc posset significare pluraliter ocu /  
 los mei uel meos, ut supra ostensum  
 est in dictione **אֵינִי** Nunc in omni  
 bus bibliis scribitur dissyllabum, & de  
 more cum assentimur alicuius dicto  
 uel facto aduimus uno oculo non  
 binis.

**אֵתְּ** Eritis. thau ethan futuri, vau  
 pluralis numeri signum. Superfuit he  
 & iod, quare defectum quæras in fine  
 & inuenies

• & inuenies he ut sic **הָיָה** id est fuit. **וְהָיָה**  
quod in futuro habet **הָיָה הָיָה הָיָה**  
• **הָיָה הָיָה הָיָה** id est ero erit eris eri/  
mus erunt eritis.

**בָּסוּס** sicut equus, caph est consigni-  
ficatiuum similitudinis. **וְהָיָה**. reliquum  
est primitiuum. **וְהָיָה**.

**וְהָיָה** Sicut mulus, caph ut supra, re-  
liquum est primitiuum, & est articulus  
rhetoricus propter defectum vau con-  
iunctionis, quæ in scripturis sepe defi-  
cit, ut canticorū quinto **וְהָיָה הָיָה עָבַר**  
Et dilectus meus declinauerat. trāsierat/  
pro declinauerat transierat. Similiter  
exo. xv. **וְהָיָה אֲשֶׁר יִגְדַּלְךָ שָׁלַל** id est  
persequar comprehendam diuidam  
ipolia, pro persequar & comprehendā  
& diuidam, sicq; de alijs. Tene igitur  
memoria coniuuctionem vau quod  
est &, plerumq; deficere.

**וְהָיָה** factus intelligere. Nam he sig-  
num



num tertie coniugationis est a בין , id  
 est intellexit. os . quod in tertia coniu/  
 gatione habet præteritum הבין ,  
 Job. xxviii . אל הים הבין רובה . id est  
 Deus intellexit viam eius . Et in infini/  
 tino siue gerundio הבין quo certe mor/  
 do hic possemus dicere nolite fieri sicut  
 equus sicut mulus nihil intelligendo .  
 Vel q̄ ab infinitiuo deriuetur nomen  
 seu participium intellectificatus si lice/  
 ret ita dicere, secundum q̄ Rabi Salo/  
 mon exponit שאיבר מביין quasi equus  
 & mulus qui non intelligit, tunc ite/  
 rum hic deficeret אשר relatiuum qui  
 vt supra.

במתג beth prepositio, reliquum sig  
 nificat frenum, Scribit enim Dauid  
 kimhi in commentarijs regum super  
 hæc verba quarto Regum . xix . & ca  
 mum in labijs tuis, hoc modo.

המתג הוא הבדל שמשימין בפת  
 המתג

לְהַחֲמִיחַ לְהַחֲמִיחַ id est metheg est fer-  
rum quod faciunt ponere in ore ani-  
malis ad inducendum ipsum.

וְרֶסֶן Et capistro vau coniunctio,  
Reliquum significat lorum quo ducun-  
tur animalia, ut scribit idem magister  
David in libro de radicibus,

שְׁמֵי שִׁימִיּוֹן אוֹתוֹ בְּפִי תְּבַח מוֹת לְתַנְהִיגִים  
בְּרִצּוֹן תְּרוֹכֵב

עָרִיר os eius, vau finale affixum  
reliquum nomen os oris. Sic enim  
rabi Salomon super uerbo מֵתֵג in suis  
commentariis scribit אֵת פִּיר חוּא בּוֹלֵם  
cui assentiuntur & alij doctores hebre-  
orum, alligantes psalmum centesimum  
secundum חַמִּשָּׁבִיעַ בְּטוֹב עָרִיר est sa-  
turans in bono os tuum, quamuis no-  
stra translatio habeat, Qui replet in bo-  
nis desiderium tuum, Quod sanctus  
Hieronymus intelligens non conueni-

re

re sic interpretatur. Qui replet bonis  
ornamentum tuum, putans illud esse  
quod dicitur Ezechielis xvi וְאָעֲדָר עֲרִי  
Et ornaui te ornamento, ubi vau trans-  
mutat tempus.

לבלרם ad constringendum uel co-  
artandum, lamed litera una de gerundi-  
uis bachlem fatie. 589. Vau epenthesi  
infinitiui. 591. Reliquum tribus literis  
constans uerbum quære in dictiona-  
rio nostro. 84.

בל non. 82. קרוב appropinquan-  
do, rabi Salomon exponit שלא יקרב  
id est quod non appropinquabit.

אלך ad te cas finale est affixum &  
epenthesi, Reliquum significat prepo-  
sitionem ad. 616. Quod si cum affixo  
iunctum fuerit, scribitur per zere &  
tunc semper accipit iod, sicut supra me-  
moratum est in על

רבים multi 482, cuius singularis nume-

rus quamuis non dageffetur scribatur  
 q̄ sepe per camez, tamen in plurali &  
 in affixis habet patha & dages, sicut  
 alia mono syllaba, vt תַּמִּים עַמִּים קָלִים  
 תַּמִּים

מִנְחָבִים dolores, Mem litera hee-  
 manthi quæ facit nomen verbale scili-  
 ceta verbo deriuatum. Iod & mem  
 sunt terminatio pluralis numeri. Vau  
 est epenthesis & terminatio singularis  
 numeri, Reliquæ tres literę sunt sub-  
 stantiales verbi primitiui quod quære  
 in dictionario בָּאֵב.

לְרָשָׁע impio, lamed articulus dati-  
 uus, 575. Reliquum est nomen adiecti-  
 uum a verbo deriuatum primitiuo,  
 quod eisdem literis scribitur, prima  
 per camez, secunda per patha. 500.  
 Quod cum inueniatur in ambabus  
 syllabis punctatum per camez, signum  
 est q̄ sit nomē & nō uerbū. Non enim  
 regu,

regulariter verbum punctatur per duo  
 camez, nisi fuerit in limite alicuius distin-  
 ctionis membri uel termini. Mutat au-  
 tem in plurali primum camez in seua,  
 ut וְשָׁעִים וְבָרִים וְבָרִים sic etiam וְשָׁעִים in pri-  
 mo versu psalmi primi.

וְהַבִּיטָה, Et sperans, vau coniu-  
 ctio copulatiua, he articulus nominati-  
 ui casus. 574. Reliquum est verbum  
 vel participium praesentis temporis a  
 בִּטָה quod in praesenti habent בִּטָה Ca-  
 non. Verba primae coniugationis praesentis  
 temporis si cum vau terminen-  
 tur in gutturalem literam heth uel ain,  
 solent primam per holem & mediam  
 de tribus literis substantialibus per zere  
 & ultimam per patha proferre, ut  
 בִּוּרָה וּזְרָה שׁוֹמֵעַ יִזְרָע Et hoc est re-  
 gulare. Mutant etiam in plurali zere  
 in seua ut בִּוּטָהִים

יִסְוֶבְבֶנּוּ Circumdabit eum iod et/

han futuri nun epenthesis hiatus uitari  
di causa, Vau affixum, Reliquum con  
iugationis quadratę uidiſti ſupra.

שמחה Lætemini vau finale numerū  
pluralem ſignificat, Reliquum eſt pri  
mitium, & punctus hirek in prima  
ſignificat imperatiuum modum Ca  
non. Si media non fuerit litera uocalis  
tunc imperatiui prima ſyllaba in maſcu  
lino plurali & foeminino ſingulari pun  
ctatur per hirek ut ופיו.

והגילו et exultate. imperatiui modi,  
vau coniunctio, iod designat tertiam  
coniugationem, quæuis hic deficiat he in  
principio propter vau capitale. Et vau  
finale indicat pluralem numerum Qua  
re inueſtigandum eſt inter defectiua in  
fine. Et reperitur in grammatica mea  
ſa. 604.

צדיקים iuſti. Nomen pluralis nu  
meri & illa forma ſine ulla uariatione  
addit

addit im terminationem pluralem, Et  
 recipit dagges in secunda litera in utro  
 qꝫ numero ut אָבִיר בְּבִיר אָמִיר אָבִיר  
 אָבִיר בְּטִישׁ שְׁלִיט לְפִיר סְבִיר צְרִיק  
 Quo / rum autem secunda litera est res que  
 non patitur dagges, ea primam notant  
 per camez loco patha ut סְרִיס עָרִיץ  
 Hoc obserua pro canone, Pariter fieri  
 solet in foeminino ut אָבִיר אָבִירָה אוּ  
 אָבִירָה שְׁלִיטָה אוּ שְׁלִטָּה

Et tripudiate, vau inprinci /  
 o est coninnctio. In fine autem nota  
 pluralis numeri. Reliquum uero impe  
 ratiuus tertie coniugationis אָבִירָה a  
 uerbo אָבִיר de quo superius audiuisti si,  
 cut אָבִירָה a primitiuo אָבִיר ut. 595

יִשְׂרָאֵל recta, iod finale notat plura /  
 lem numerum in statu regiminis ut. 557  
 Reliquum primitiuum uide in dictio /  
 nario nostro. 231

לב corde, per zere in hoc loco ut in  
 rudimentis post numerum 26. licet  
 alias aliter sicut חו שן מץ קץ עת לב  
 & sic de aliis. Et eiusmodi nomina in  
 plurali & affixis punctant primam li/  
 teram per hirek, & secundam per dag/  
 ges regulariter.

Titulus xxxviii. Psalmi

Carmen ipsius David ut supra. להזביר  
 ad faciendum meminisse. lamed articu/  
 lus siue ad, 575, seu potius litera bach /  
 lem quæ facit in infinitiuo tertie coniu/  
 gationis he pronunciari per patha, &  
 iod per hirek, ut in rudimentis. 595.  
 בקצבן beth prepositio caph affixum.  
 reliquum iracundia, 475. הציץ sagittæ  
 tug, caph affixum, iod litera pluralis  
 numeri in statu regiminis sine mem,  
 reliquum uide in rudimentis facie. 188.  
 & dagges in uentre zade, notat defe/  
 ctum ultimi zade Scribitur enim per  
 factum



factum eius per duo zade.

נְהַנְּהָה infixę sunt, rabi Salamon ex  
exponit tense sunt. uerbum passiuum  
& legitur per defectum alterius nun,  
primitiuum enim eius actiuum incipit  
a litera nun ut. 319 Et ideo passiuum  
eius pronunciat primam per hirek &  
media nō dagessat q̄tumuis unū nun  
deficiat, quia litera media est uocalis.

בִּי in me, beth præpositio .73. iod  
affixum,

וְהַנְּהַה & in fixisti seu depressisti,  
thau ethan futuri temporis sed uau pre  
positū conuertit illud in tempus præ  
teritū ut in arte. 619 Et dagges in thau  
ponitur ad ornatum loquendi præcedē  
te uau, Canon. Quando uau punctatū  
per patha præcedit thau uel nun facit  
eam literam duriter pronunciarī & per  
dagges notari, ut Ruth. ii, וְהִלַּקְטָה  
וְהִשְׂפִיתָ בְּשָׂדֵהוּ collegitq; in agro. Et Gene. xli

וְנִסְפָּר לִי & narrauimus ei, translatio  
nostra habet cui narrantes somnia.

בְּבֶשֶׁרִי integrum facie. 298.   
in carne mea, beth præpositio, iod affix  
um reliquum. 93.

לְפָנַי, Coram seu a facie sicut.   
616. mem præpositio, reliquum que re  
in dictionario nostro . 426.

זַעַמְךָ indignatione tua uel ira tua, caph  
affixum reliquū. 154. A verbo irascor.  
Malachię. i. populus cui iratus est Do  
minus. Et Zacharię. i. quibus iratus  
es istis septuaginta annis. שְׁלוֹמִים pax.  
521. עָבְרוּ supergressę sunt, transue/  
runt, præterierunt. 371. ראשׁי caput me  
um. 481. iod finale affixum, כַּשׁוּם si  
cut onus, caph similitudinis, reliquum  
nomen defectiuum a כַּשׁוּם vnde dages  
ponitur in ventre schin ad denotan/  
dum nun hic deficere, quasi כַּשׁוּם  
mem enim heemanthi est, vt in arte

בְּבֶשֶׁרִי

**יִבְבְּרוּ** graue. 233. **יִבְבְּרוּ** grauescent iod  
 tertiam futuri, vau finale tertiam plu/  
 ralis notat **מִמֶּנִּי** plus me vel super  
 quam ego, per defectum **יִוָּתֵר**. 573. ce  
 tera vide supra in Psalmo pri. **הַבָּאִישׁ**  
 Graueolere facti sunt, prothesis he ter/  
 tiam coniugationem cum epenthesi  
 iod designat, & vau pluralem nume/  
 rum, reliquum, 73.

**וַמִּקָּה** tabefacti sunt, nun signum passi  
 uum dages in qui nota defectus alterius  
 quf primitiuum enim eius est **מִקָּה** 293.

**תַּבֵּרוֹתַי** tumores mei, thau holem  
 præcedente loco vau quod deficit hic  
 per syncopen designat uumerum plu/  
 ralem fœminini generis, & iod affix/  
 um patha præcedente designat prono/  
 men primę personę deriuatiuum siue  
 possessiuum plurale, oritur autem a  
 verbo **הִבֵּר** vide 192.

**מִמֶּנִּי** propter, quod supra transtuli co  
 ram

ram, & nostra translatio habet a facie .  
429. ubi tu uelim addas etiam hanc he  
bræorum expositionem .

אִלְתִּי Stulticiam meam, iod finale  
affixum, thau terminatio fœminini ge  
neris, & reliquum uide .41.

עָוִיתִי Curuatus sum seu contra /  
ctus sum, nun litera passiuui iod finalis  
cum thau terminatio præteriti tempo  
ris singularis numeri primæ personæ .  
Et iod epenthesis significat uerbum ip  
sum primitiuum tertie personæ in he  
terminari .382. e' u' c' emodi enim sunt  
quæ solēt he in iod mutare cōiugādo  
sicut עָשִׂיתָ עָשִׂיתָ עָשִׂיתָ ut in rudimē  
tis 585. Et similiter גָּלִיתָ גָּלִיתָ גָּלִיתָ ita  
etiam in passiuo גָּלִיתָ גָּלִיתָ גָּלִיתָ  
604. Et quia in præsentī litera capitalis  
est uocalis, ideo in passiuo nun puncta  
tur per patha. שָׁחַחְתִּי inclinauī, uau  
cum holem est tertiā terminatio pri  
mæ

mæ coniugationis, quod uide in rudi-  
 mentis libro tertio facie 587, thi uero de  
 signat primam præteriti Reliquum  
 scribitur per de fectum alterius heth  
 syncopati .514. Inter hæc autem duo  
 uerba deficit quoq; coniunctio copula  
 tiua, sicut supra pariter ostendi Exodi  
 decimo quinto dixit inimicos perse-  
 quar comprehendam, diuidam spolia  
 Rhetores articulū uocant. Cicero ad  
 Herennium acrimonia, uoce, uultu per-  
 terruisti. **וַיִּרְאוּ** usq; ualde .373 & 275  
**וַיִּשְׁחַדּוּ** denigratus 463 et est nomē a uerbo  
 deriuatum presentis temporis ut in ar-  
 te 588. **וַיֵּלֶךְ** factus sum ambulare, se-  
 cundę, coniugationis dageffate, & ideo  
 prima litera he pronunciatur per hi-  
 rek & lamed per dagges Accentus in  
 penultima acutus qui dicitur maarich.  
 Canon. Prima & secunda persona præ-  
 sentis temporis singularis numeri cuius  
 cumq;

cunq̄ conjugationis aut forme accentum habent penultima. Excipitur quandoq̄ a canone cum vau signum futuri temporis præcedit, tunc enim plurima eiusmodi recipiunt accentum in fine

Sed hæc ad prosodiam pertinent, de qua intendimus Deo adiuuante postea singulari volumine studiosis perscribere, si prius rudimenta nostra diligenter nocturna diurnaq̄ manu versa uerint. כִּסְלִי intestina mei, iod finale affixū primæ personæ singularis numeri, sed per patha præcedens significatur nominis numerus pluralis. vt in arte grammatica. 581. Rabi Salomon exponit cogitationes.

מְלֵאָה plene fuerunt. Est enim quandoq̄ absolutum quandoq̄ transituum. 285. חֲלֵבִי leuipensione, Nomen verbale quod nun heemanthi significat nam primitiuum eius est חֲלֵבִי vnde venit חֲלֵב id est leue. חֲלֵבִי

**חָלַשׁ** debilitatus sum. Nun prothesis indicat passiuum, & terminatio thi primam singularis præteriti. Reliquum. 419. cui loco addas hanc meam translationem, quamuis Rabi Salomon exposuerit mutatus sum.

**נִכְבְּשׁ** suppressus sum, nun litera passiuæ terminatio thi persona prima singularis numeri præteriti temporis, reliquum. 125. Et in aliquibus impressis ponitur aleph litera substantialis primitiuæ, in alijs autem iod loco aleph. Instar eorum quæ in he terminantur, & pronunciat per zere sicut in arte. 603.

**חִמְצָה** fremitus. Nun heemanthi significans nomen verbale, thau ex he finali commutatum est propter statum regiminis iuxta regulam in arte nostra 582. sic inuenies **חִמְצָה** in dictionario meo, 141.

אָנְךָ ante te præpositio cū articulo  
hoc est pronomine postpositiuo . 016  
significat enim e regione tui . 304 .

אֲנִי desiderium meum , thau in  
principio est litera heemanthi significa  
ua nominis uerbalis & iod finale affix  
um & thau propter affixum ex he  
commutatum . uide in dictionario 40

אֲנִי suspiratio mea . iod finale  
affixum & thau commutatum ex he  
more solito .

אֲנִי a te per epenthese in alterius  
mem siue per mem duplicatum quod  
ualde commenda memoriæ .

אֲנִי abscondita est , nun passi  
uum , he finale significat tertiam singu  
larem foeminini generis præteriti tem  
poris . reliquum . 38 . Accentus hic ac  
cutus maarich in penultima , quia uer  
bum est & non nomen ut dicitur in  
fra in psalmo miserere , ubi cor contri  
tum



tum, uide de hoc in arte nostra. 528  
circa principium.

גִּירָוּת girauit, syllaba finali gemina  
ta. 353. rabi Salomon hic adducit pari  
ter quattuor uerba geminata.

עָוַנִי reliquit me, Appendix ni  
consueta, reliquum. 383.

בְּחַיִּי uirtus mea, iod affixum & pun  
ctus holem per syncopen uau.

אֶנְוִי lumen vel lux 42.

אִתִּי mecum. 72.

אֲהַבֵּי dilectores mei, pluralis nu /  
meri, quia ultima per patha uel camez  
profertur iuncto hirek, quod seruabis  
tenaci memoria, ne idem tibi cum fasti  
dio sæpius dicendum sit.

Sic enim iod est apendix & uau epen  
thesis litera uerbi presentis, unde parti  
cipium siue nomen deriuatur, reli  
quum. 38.

אֲנִי amici mei, similiter pluralis nu /  
meri

G

meri cum iod affixo per diæresim diphthongi ai.

יָשַׁע נִגְעָי plagæ meæ, iod affixum propterea mutatur seḡol in hirek in statu affixorum, quod nota ut יָשַׁע יִשְׁעֵי יִשְׁעֵי psalmo xxvii. Salus mea יִשְׁעֵי יִשְׁעֵי Ezechielis iii. conuersus ab impietate sua, & infra eodem, conuersus iustus a iustitia sua, uidelicet אֲצַדִּיק אֲצַדִּיק & hoc utere pro canone.

יַעֲמֹדוּ stabunt, iod ethan tertia futuri vau pluralis numerus, reliquum. 395. Quod uero S. Hieronymus in hebraica ueritate hoc uerbū in præterito transtulit, non est ignorantia grammaticæ sed consuetudo prophetarum, ubi sepe capitur futurum pro præterito & econuerso, Quare doctrinam rabi Dauid kimhi adscripsi ex libro uniuersalium grammaticæ suæ his uerbis

וְהָרַע בִּי מִנְהַג הָעֲבָרִים בְּלִשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ  
לְחִשְׁתָּמֶשׁ

לחשתמש זו עבר במקום עתיד שחם  
אנחיות א י ת ן וזה בנבואת ברוב בי  
חזבן ברוב כמו אם עבר כי כבר נגזר  
ועתיד במקום עבר ועבר ועתיד  
במקום בינוני !

Quod & latini sunt imitati, Vir. ii.  
ænei. Incipiam facti bello fatiscq; repul  
si. Ductores danaum tot iam labenti /  
bus annis, Instar montis equum diuina  
palladis arte, ædificant, id est lapsis an  
nis ædificarūt Et in vi. Tu Marcellus  
eris id est, fuisti, iam enim mortuus erat  
Sic Priscianus in xvii. Diuersa tempo  
ra cōstruunt. Ter. in Phormio ne, cur  
nō inquā Promio uides, inquā pro in  
qui קרובי propinqui me i, affix  
um iod cum diphthongo præcedente  
patha, pluralem nominis ostendit ut  
supra, reliquum est nomen per uau  
terminatum, cuius prima per ca /  
mez & secunda per holem cum uau  
G 2 scribi

cum vau scribi solet, sed mutat hic primam in seua, Canon, Nomina per vau cum holem desinentia mutant camez primę syllabę in seua tã in plurali q̄ in affixis q̄ sceminino suo, significationē uocabuli uide in dictionario meo 47.

קוּלָּו longo, nomen unde uenit ad uerbium .490. super quo licebit uti precedente quoq; regula.

תִּדְּבַרְתִּי tendiculauerunt si liceret dicere. uel offendiculauerunt, sed rectius dicemus offendicula posuerunt, & hoc facit prothesis coniunctionis vau, quę mutat futurum in preteritum. Nam iod est litera ethan temporis futuri, & vau finalis numerum pluralem designat, reliquum uide .335.

מִשְׁפָּטֵי מְבַקְשֵׁי quærere, mem signum præsentis temporis secundę coniugationis unde participium deriuatur, iod finale pronuntiatum per zere est

est terminatio pluralis numeri in statu  
regiminis, ut sepe ostendi, reliquum in  
dictionario facie .90.

וְשֵׁי פֶּטֶנְטֵס, vau præsentis tem  
poris .588. & iod siue mem p'uralis nu  
meri in statu absoluto desineret in im.  
וְעֵתָי מֵאֵלַי malum meum. iod affixum &  
thau pro he more solito sequente affix  
o uel eo quod regitur, & scribitur per  
camez loco vau .487.

וְכִבְרָה locuti sunt, secundæ coniugati  
onis uerbum non habens primam. &  
ergo in significatione primæ coniugati  
onis accipitur.

וְהִרְוֵהוּ preueritates. 137. vau quasi  
duplex consona ideo punctatur in u. n  
tre puncto duplicante seu fortificante,  
tanq̄ sit prima syllaba haf per v digam  
ma æolicum, & secunda soth. & in lo  
co est colon id est distinctio athnahta  
suspendens sententiã.

מרמה dolos quasi hominem iacu-  
 lantes, mem heemanthi oth terminatio  
 foeminina pluralis numeri loco he sin-  
 gulari quod reliquum quere .492. ubi  
 uelim addas sic רמה proiecit iaculauit  
 Exodi xv. equum & ascensorem pro-  
 iecit in mare, a quo fit denominatiuum  
 מרמה sicut alias ab aliis uerbis משכן  
 משפט . i. tabernaculum iudicium.

רהגה , different uel differtabunt a  
 uerbo רגה quod in futuro habet  
 רהגה רהגה רהגה differam differet disse-  
 rent. Nisi enim prima litera substanti-  
 alis esset uocalis non haberet in sequen-  
 tibus primam personam futuri segol  
 sed hirek.

אלוט mutus. -6, יפתח aperiet, iod  
 ethan, Et sic deest relatiuum qui ut alias  
 saepe, uel iod est heemanthi faciens no-  
 men uerbale aperiens ut habet nostra  
 translatio.

וְיָוֹס os eius, vau est affixum, iod propter statum regiminis ex he litera substantiali commutatur. Et hoc est speciale in isto nomine, de quo uide in dictionario meo fa. 49.

וְיָוֹס & fui vau prepositio mutans futurum in præteritum Et aleph litera ethan futuri temporis, reliquum est defectiuum in fine, caret enim he litera cuius primitiuum est וְיָוֹס quod in futuro habet וְיָוֹס id est ero. Et in defectiuis coniugatur וְיָוֹס וְיָוֹס וְיָוֹס

וְיָוֹס redargutiones, thau heemā thi quod designat nomen uerbale, & vau indicat illud uerbum a iod incipere, quod in deriuatis more solito mutatur in vau, ut in arte nostra. וְיָוֹס. terminatio oth est foeminina pluralis, ergo quære וְיָוֹס in dictionario meo. 24. format autē hoc nomē a tertia cōiugatione deponentali et inuenit caph p ca mez C 4 ut hic

ut hic, & quandoq; per patha, prouer.  
xxvij טובת הורבההה melior est correctio  
manifesta. Et per zere Osee quinto  
ביום הורבההה . i. in die correptionis Et  
per seua Ezechie. xxv. בתובתהה המה  
quod nos legimus arguens in furore  
sed uerius legi debet in redargutioni /  
bus furoris.

יחלתי expectaui, he designat terti  
a coniugatione uau mutatu ex iod sig  
nificat coniugatione defectiuoru, ter  
minatio thi singulari primam personam  
praeteriti, reliquum in suo integro יחל.

ישמרו letabuntur. iod ethan uau  
plurale, reliquum. 523.

במוט in nutando. beth litera bach  
lem. 539. reliquum cataapocopen ui  
de. 282. רגלי pedem meum. 484. Et  
in bibliis emendatis ponitur in singula  
ri numero, licet nos legamus plurali /  
ter, quod ut supra uidistis solis punctis  
deprehen



deprehendimus . nam non trisyllabicus  
hic sed tantum disyllabice profertur .

הַגְּדִילָה magnificati sunt , ad quod  
alludit etiam S . Hierony . in hebraica  
ueritate he designat tertiam coniugati-  
onem cum epenthesi iod . ut in arte  
nostra , 594 . vau tertiam pluralem , reli-  
quum . 99 .

עֲלֵיַּי fractura . 452 .

נִכְוִי paratus nun est nota heemanthi  
a uerbo . 237 . אֶתְנֵן faciam explanari .  
aleph futurum ethan epenthesis iod ter-  
tia est coniugatio . dagges in uentre  
gimel notat defectum literæ capitalis  
quæramus inter tres superius ñnume-  
ratis , & occuret nobis nun . quod  
querere in dictionario . 304 .

אֶתְנֵן sollicitus ero . aleph ethan .

חַיִּים uiuentes . 69 .

אֶתְנֵן præualuerunt , vau plurale .  
præteriti tertiæ personæ . Et media .

G 5

puncta

pūctatur contra regulam per zere si/  
cut alias שבעה גברא reliquum . 402 .  
Et illic in rudimentis nostris emendare  
debes numerum Gene . allegatum vi.  
pro xxvi . Quare autē in tertia pluralis  
numeri persona pronunciat̄ur hic pe/  
nultima per zere , et nō per camez sicut  
alias fieri solet in distinctione dicit ra  
bi Moyse Zeiag in libro intellectus  
boni q̄ illud fiat ornatus causa , Sed  
rabi David kimhi in libro uniuersaliū  
grammaticæ in capitulo nominum di  
cit q̄ camez magnum sæpe mutatur  
in camez paruum . quod est zere . Et in  
forma uerborum leui dicit sicut tertia  
persona singularis quanq̄ terminatur  
in camez paruum id est zere ita tertia  
pluralis quandoq̄ pronūciatur in pe/  
nultima etiam sic per camez paruum id  
est per zere , ut secundo Reg . i . ubi  
nos legimus leonibus fortiores poni/  
tur

tur מֵאַרְיֵה גְּבֵרָה id est supra leones  
p̄ualuerunt, licet quidam impressi li/  
bri habeant גְּבֵרָה sed antiqua & emen/  
data uolumina tenent rectius גְּבֵרָה si/  
cut hic עֵצְמָה & cætera.

רָבָה excreuerunt abundauerunt  
multiplicati sunt absolute, uau finale  
pluralis numeri tertie personæ signum  
& dagges notat defectum alterius  
beth siue he finalis. 482.

שׁוֹנֵי odientes me. Ai terminatio  
diphthongi propter iod affixum nomē  
demonstrat pluralis numeri ut supra,  
reliquum. 525.

שׁוֹקֵר inique, aduerbium uerbale. 532.

מְשַׁלְּמֵי retribuentes participium  
presentis temporis secundæ coniugati/  
onis quod mem capitale indicat, &  
pluraliter in statu absoluto termina/  
tur in im, & in statu regiminis  
deponit

deponit mem & punctatur in ultima  
per zere ut hic retribuentes malum.

מַעַל malum, 437, & he litera eata pa  
ragogen sepe etiam masculinis nomi  
nibus additur non solum foemininis,  
ut in nomine מַעַל quod nota dili gen  
ter.

יִשְׁטוּנִי detrahent mihi. Ni appen  
dix finalis pronomem primę personę  
significat ut sic נִי pro לִי iod capitale est  
ethan futurum vau pluralem numerũ  
tertię personę indicat, reliquum, 516

נִינִי prosequendo me, iod finale  
affixum pronominis ego, epenthesi  
vau indicat infinitivum seu gerundiũ.  
Et non legitur sed scribitur in memo  
riam ipsius modi, aliqui libri penitus  
non habent vau sed subintelligendum  
reliquum, 485

תִּתְּנֵנִי elonges, thau ethan futuri re  
liquum, 490

תִּתְּנֵנִי

חַשְׁבִּינָה festina י' s Et nota q̄ impera-  
tius cata paragogen assumit quan-  
doq̄ he in fine immo sepenumero.

לְעֹזֶרְתִּי ad adiutorium mei, lamed  
articulus significans ad. 575. iod finale  
affixum thau pro he finali commuta-  
tum in statu regiminis & affixi, reli-  
quum .384.

הַשְׂעֵתָה salutis meæ, thau heeman-  
thi ponitur pro iod, uel potius per a-  
pheresin aufertur iod dicitur enim &  
הַשְׂעֵתָה & יִשְׂעֵתָה & mutatur he in thau  
more solito propter affixum iod,

Psalmus secundum iudaicam sup-  
putationem quinquagesimus primus  
secundum nos uero quinquagesimus,  
Illi enim psalmum nonum in duos di-  
uidunt, & decimus apud eos incipit  
ut quid domine recessisti, Titulus ad  
inuitatorium, Carmen ipsius Dauid,

בְּבֹאֵי in ueniendo beth litera bach /  
lem

lem gerundii, 589, in charta maiore, & ideo scribitur integre per vau

נבִיא propheta scilicet uenturorum,  
בְּאֶשֶׁר secundum q̄ caph similitudi-  
nis ut supra reliquum. >c.

נָא uenit, uerbum defectiuum in  
medio, nam perfectum eius est בָּוֵא &  
conjugatur sic בָּא בָּאָה בָּאִי In præsenti  
בָּא בָּאִים בָּאָה בָּאִית In futuro ethan  
בָּוֵא בָּוֵאָה בָּוֵאִי Imperatiuo  
בָּוֵאָה Infinitiuo בָּוֵא Tertię coniu-  
gationis præteritū הָבִיאָה הָבִיאוּהִי  
הָבִיאוּ הָבִיאוּהֶם הָבִיאוּהָ הָבִיאוּהָ  
הָבִיאוּם הָבִיאוּהָ הָבִיאוּהָ Præsens  
הָבִיאָה הָבִיאוּהִי Imperatiuus  
הָבִיאוּהִי הָבִיאוּהָ Futurum  
הָבִיאוּהִי הָבִיאוּהָ Infinitiuus  
הָבִיאוּהִי הָבִיאוּהָ הָבִיאוּהָ

נָא filia, de quo uide 85. שְׁבַע iura/  
mentū. 506. ex quibus duabus dictioni-  
b. uxor Vrię sortita est nomē nō Ber-  
sabea ut cōmuniter erramus legendo  
sed

sed Bathsaba secundo Reg. xi. Nunci  
atumque est ei quod ipsa esset Bersabea, ubi  
ueritas hebraica sic legit. Et misit Da/  
uid & quaesivit mulieri & dixit. Num  
hec bathsaba filia Eliam uxor Vriæ  
Hethei, non Bersabee sed bathschaba.  
אלהים deus secundum grammaticam  
pluralis numeri, cuius singulare est  
אלוה Et in statu regiminis אלהי Signi  
ficat autem sub uoce plurali singularem  
& simplicissimum deum optimum  
maximum Iosue ultimo בני אלהים  
quod quia dii sancti est, quod ibi  
nos legimus deus enim sanctus est. Et  
scribit rabi Moyses Gerundensis in  
suo pentateucho gene. i. quod ideo sic  
dominus omnium uirium potestatum  
& uirtutum quasi אלהי fortis הם eo/  
rum id est uigor robur & fortitudo  
omnium, multa existentium mi/  
rabilia de hoc nomine cabalisticæ  
docent

docent, in quibus iucundum est uitam  
agere philosophicam .

וְחַמִּיד commiserationum tuarum  
siue clementiæ tuæ caph affixum, iod  
pluralis numerus per zere uel segol in  
subdistinctione pronunctiatus, in sta /  
tu regiminis, aliter enim in im desine /  
ret.

וְהֵ dele, imperatiuus eorum quæ  
in he aspirationem terminantur, pro /  
nunctiant primam per seua et ultimam  
per zere וְהֵ עֲלֵה . 604 . בְּנֵה אֶלְהֵה /  
dicum primo ascende mecum.

וְהֵ multum, he primum heeman /  
thi & he ultimum abundat hic, nam  
sic in scholiis & annotationibus signa  
tum inuenio, reliquum 482 .

וְהֵ laua me, ni appendix pro  
nominis primæ personæ, reliquum est  
uerbum . 234 . secundæ coniugationis  
imperatiui modi וְהֵ sicut וְהֵ . 593 .

וְהֵ



מַחֲרִיבֵי munda me, ni appendix ut su /  
pra reliquum .202. Canon. Imperatiuus  
si affixum suum terminet in nu uel ni pun  
ctatur penultima per zere, ut hic & pau /  
lo superius.

אֶשֶׂה annoscam, aleph futurum ethan  
defectiuum, eius coniugationem inuenies  
in arte nostra, 600. אֶשֶׂה perpetuo epen  
thesis iod, 504. אֶשֶׂה soli tibi, lamed ar  
ticulus dagges in ventre daleth, indicat  
defectum alterius daleth & caph est affix  
um, ergo perfectum eius inuenies .74.

חָטָאתִי peccauī, terminatio thi signifi  
cat primam singularem præteriti tempo  
ris, reliquū, 16. Sed quomodo differt hoc  
ab isto præcedente, quod significat pecca  
tum meum. hoc est quomodo cognosci  
tur iod affixum & iod litera terminalis  
uerbi præteriti. At certe prosodia demon  
strat, nam iod affixum simplex accipit  
notam accentus siue quantitatis, sed iod  
signum inflexionis habet accentum seu  
H quantita-



liquum. 446. בְּרַבְרָא in uerbo tuo, beth  
 præpositio caph affixum, & רַבְרָא est no /  
 men singularis numeri generis mascu /  
 lini. 572. simile illi quod græci uocant  
 Et nisi S. Paulus ad Romanus. iiii. expo /  
 neret sicut iustificeris in sermonibus tuis,  
 ego sequerer proprietatem lingue dicens  
 Iccirco iustificabis in uerbo tuo, ita sane  
 quod dauid præuidisse mihi uideretur  
 quod S. Paulus scribit .i. Corinthio /  
 rum. vi. Iustificati estis in nomine domi /  
 ni nostri Iesu Christi scilicet qui a'persus  
 erat sanguine & uocabatur nomen eius  
 uerbum dei. Apocalypcos. xix. Atta /  
 men consolatur me Sanctus Hierony /  
 mus scribens in epistolam ad ephesios  
 capite. v. his uerbis. Quod frequenter  
 annotauimus apostolos & euangelistas  
 non in'dem uerbis usos esse in testamenti  
 ueteris exemplis, quibus in propriis no /  
 minibus continentur, hoc & hic proba /  
 mus, hæc ille.

תִּזְבַּח mundabís, thau ethan futuri reli-  
quum, 159. & habet caph dagges in uen-  
tre propter defectum alterius caph.

בְּשׂוֹפֵר in iudicando te, beth litera  
bachlem caph affixum, reliquum infiniti-  
uus siue gerundium coniugationis qua-  
dratæ, ut in arte nostra, 596.

יִנְעֵצֶה, 142. & 617. enim abundat obe-  
lisco eliminandum.

הִלְלֵתִי conceptus sum seu formatus  
sum, & quævis sit de coniugatione quadrata  
quia vau iudicatur substantialis litera,  
tamen sumit naturam & conditionem  
significationis de הִלְלֵתִי quasi dicitur con-  
ceptus absoluta in transitione & substanti-  
ua neutralitate non commemorando per-  
sonam quæ concepit nec intendendo con-  
ceptionem in aliud aliquid præter loquen-  
tem pertransire. Eiuscemodi uerbum ap-  
pellauit in arte nostra, 593. passiuæ uocis  
deponentale cuius agens non exprimitur  
ut apud latinus est orior nascor Nec enim  
agit

agit qui oritur neq̄ patitur, non enim ali,  
 quod commemoratur agens, unde ortus  
 in illum transeat, sic cum dico dominor id  
 est sum dominus absolute ac quasi substā  
 tiue nulla persona demonstrata, quę me  
 dominum fatiat, ita hic conceptus sum.

יְהוָה־נִי conceptit me, ni affixum &  
 thau ex he uerbi foeminini generis com  
 mutatum, propter affixum, reliquum ui/  
 de. 213.

אִמִּי mater mea. iod affixum, reliquū  
 uide. 57. Canon. Omne nomen monosyl  
 labum per zere punctatum mutat tam in  
 plurali q̄ in regimine affixorum zere in  
 hirek cum puncto dagges in ultima litera  
 primitiui ut לֵב לְבַי אִם אִמִּי Scribit autē  
 rabi Salamon q̄ hic locus est multæ quæ  
 stionis et disputationis, et Sanctus Hiero  
 nymus ait q̄ sit obscurus locus & altius  
 retractandus.

אָהַבְתָּ uerbum. 58. אָהַבְתָּ dilexisti  
 187. thau secunda præteriti

בְּסִתְהוּת in absconditis . beth prepositio , oth terminatio foemina pluralis numeri , reliquum 207 ,

וַבְּסִתְהוּת & in obturato , vau coniunctio . beth praepositio . reliquum . 368 . Et kibuz supplet literam vau , ut significet a uerbo praesentis temporis actiue uocis passiuæ significationis esse deriuatum .

הַחֵמָה sapientiam . he finalis terminatio declinationis foemine . תִּרְיָעָנִי facies scire me , thau secundæ personæ ethan futuri , vau signū quod primitiuū eius incipit a iod , quod in coniugando uertitur in vau iod epenthesis significat tertiā coniugationem , Ni appendix est affixū iod mediante nun litera , reliquū נִעַן quære . 210 .

תִּתְּצֵנִי expiabis me , thau ethan futuri ni appendix affixi , reliquum . 169 .

הַחֵמָה hyssopus . 44 . & additur ei praepositio beth , quæ aliquando non tantum ablatiuum , sed etiam quādoq; sepium casum significat ut gene . xxxii . In baculo meo

meo transiui iordanem . i. baculo meo, sic  
expiabis me, sic in hyssopo . i. hyssopo .

וְאֶתְּחַרְתִּי & mundus ero, vau coniuncti  
o aleph ethan futuri, reliquum 202. Acti/  
uæ uocis absolutū, nam teth caret dagges

וְאֶתְּחַרְתִּי & supra niuem uel sic . Et lu/  
pra תְּחַרְתִּי nix, vau coniunctio mem signifi/  
cat super & supra תְּחַרְתִּי & plus quam, facitq;  
comparationis eminentiam, & deficit nū  
uide in rudimentis, 284. reliquum . 520.

וְאֶתְּחַרְתִּי albefiam, aleph ethan futuri iod  
signum tertie coniugationis, reliquum  
202. in fatie non quotata וְאֶתְּחַרְתִּי fati  
es audire me. thau ethan futuri iod epen/  
thesis est tertia coniugatio quæ designat  
fatio facere, ni appendix, nam affixum  
iod cum significat pronomē primitium  
primæ personæ, reliquum 254. וְאֶתְּחַרְתִּי gau  
dium 531. וְאֶתְּחַרְתִּי læticia, he terminatio no  
minis sceminini, reliquum 523.

וְאֶתְּחַרְתִּי exultabūt, thau ethan futuri nō  
solum significat secundā personā utriusq;  
H 4 generis

generis & numeri, uerum etiam tertiam personam pluralis numeri foeminini generis quæ terminatur in na Est ergo na ap / pendix foeminini generis secundæ & tertie personæ .539. in parua charta . reliquū est defectiuum, syncopatur enim uau, & perfectum eius est לא quod u de in rudimentis. 102.

עצמות ossa . oth terminatio pluralis foemininorum . reliquum. 402.

רביית contriuiisti, & accipit iod in medio ad ostendendum q̄ primitiuum eius terminatur in he, quæ litera tali modo cōuertitur in iod ut supra frequenter monstratur, Et deficit hic relatiuum quæ, ut sit sensus ossa quæ contriuiisti.

תסרה fac abscondere, imperatiuus tertie coniugationis quod he indieat & recipit zere in fine in numero singulari generis masculini, & in numero plurali generis foeminini in penultima. In aliis autem hirek 595. Depone igitur he primam literam  
acci/



accidentalem, reliquum quere. 368.

בְּיָרְךָ faties tuas. caph affixum, iod pluralis terminatio notata per zere in statu regiminis, aliter in im desineret, ut supra.

בְּרָא crea, imperatiui modi quod coniugabitur sicut קָרָא. 63. significationem eius uide in dictionario meo. 90.

רְנֹוּא renoua. 164. & est imparatiuus secundę coniugationis daggestatę, uide in arte. 563.

בְּקִרְבִּי in medio mei, beth præpositio, iod affixum, reliquum, 476.

